OBSERVATIONES CRITICAE

IN

AESCHYLI TRAGOEDIAS

TRAGOEDIARVMQVE RELIQVIAS

SCRIPSIT

CAROLVS FRIDERICVS WVNDERLICH

PHILOSOPHIAE DOCTOR ET FACVLTATIS
PHILOSOPHICAE GOTTINGENSIS ASSESSOR.

GOTTINGAE
TYPIS HENRICI DIETERICH.
MDCCCIX.

VIRO PERILLVSTRI

IOHANNI DE MÜLLER

POTENTISSIMO REGI WESTPHALIAE

A CONSILIIS PVBLICIS

MODERATORI STVDIORVM

SVMMA AVCTORITATE CONSTITVTO

HISTORICORVM PRINCIPI

D.

AVCTOR.

AD LECTOREM.

Si, in quo omnes bonarum artium cultores consentiunt, immortalium ingeniorum, quae antiquitus floruerunt, monimenta religiose tractanda sunt, religiosum, quod eis dicemus, studium, id potissimum sequatur necesse est, vt diuinorum illorum auctorum vestigiis indagandis eo maxime vtamur lumine, quod de ipsorum operibus accendi possit. In qua quidem re cum artis criticae haud leuissimam laudem positam esse cognouissem, mirari satis non potui, quo singulari acciderit fato, vt Aeschylo, Tragicorum principi, etsi, qui eius praestantiam praedicarent, non

defuerunt, religiosum tamen eiusmodi studium parum tributum sit. Etenim vt ingenue fatear, quod et ego sentio et mecum plures sentire existimo, ii, qui huic poetae antiquum decus restituere se velle professi sunt, multo minus de poetae ingenio declarando quam de suorum ingeniorum fertilitate prodenda cogitasse mihi videntur. Cum enim praestantissimas saepe veterum editionum ac codicum lectiones a recentioribus etiam Aeschyli commentatoribus vel praetermissas penitus vel negligentius tractatas, tum vero multa vel editorum arbitratu auulsa vel temere innouata esse, neminem, qui huius poetae editiones diligentius comparauerit, fugere posse arbitramur.

Scimus quidem et laetamur, Aeschylo non defuturum esse Sospitatorem

atque eum virum, qui de praeſtantiſſimis veterum monimentis reſtituendis ſeruandisque praeclariſſime eſt meritus, Hermannum dico, ingenii ſui lucem, et doctrinae copiam poetae noſtro eſſe allaturum, neque tamen, ſi interim dum Hermanniana paratur Aeſchyli editio, recentiorum editionum lacunas vel oſtendere vel ſupplere mihi contigerit, inanem me criticis poetae lectoribus operam nauaſſe putauerim. Hiſce autem animaduerſionibus vulgandis propoſitum imprimis mihi id erat, vt, quae in Aeſchylo emendando explicandoue deſideranda eſſent, lectionum accuratius comparatarum exhibito ſpecimine indicarem, dictionis Aeſchyleae vim cum ex aliis poetae locis tum imprimis ex Sophocle et Euripide, quem facile Aeſchyli imitatorem agnoſcas, declararem. Ad poetam vero

noſtrum explicandum quantam Homerus adeo praebeat materiam, aliquot exemplis eo magis oſtendere volui, quo minus ex hoc vberrimo fonte hauſerunt ii, qui in Aeſchylo edendo id vnum cauiſſe videntur, ne quid exhaurirent.

Scripſi Gottingae a. d. XIII. Novembris MDCCCVIII.

INDEX
RERVM ET VERBORVM.

T.

V. Υ.

INDEX

Scriptorum emendatorum vel illustratorum.

C. 1.

Quid in Aeschyli tragoediis emendandis et illustrandis desiderandum sit, exponitur.

Saepe et ipse, scriptores graeci latinique quot qualesque criticos nacti sint, quaerens, miratus sum, et alios miratos arbitror, quid esset, quare vel classicorum scriptorum operibus emendandis viri κριτικώτατοι non tantum impenderint curae, quantum in scriptores bene multos contulerint, longe inferiores illos, nec in ordinem redactos. Ita enim iudicabam, duumuiros illos intuens et criticorum principes, Hemsterhusium et Ruhnkenium, quorum alter quam crisin Xenophonti Ephesio impertiuerit, alter vero quam de Velleio, historico alioquin haud contemnendo, Rutilio, Timaeo et hymno

in Cererem egregie meruerit, nemo ignorat, nisi qui ipsam antiquitatem ignoret.

Cuius quidem rei quae causae fuerint, cum identidem quaererem, has mihi ex humanae naturae indole repetitas inuenisse videor. Primum excellentissimis quibusque ingeniis proprium et peculiare fuit, vt, quidquid rerum humanarum et diuinarum minus perfectum vel vitium traxisse animaduertissent, id emendare vel restituere omnibus viribus connitterentur. Summis itaque criticis, nisi fortuna et casu haec etiam studia reguntur, id accidisse ne miremur, vt, si quem forte scriptorem mediocrem nec satis rerum nec orationis commendationem habere viderent, ei ingenio et doctrina sua aucto et ornato vtilitatem, et suauitatem conciliare contenderent. Namque, vt vno exemplo defungar, in Timaei breui et tenui vocabulorum dictionumque collectione putasne tandem vtilitatem vel mediocrem positam fore, nisi Ruhnkenii copiis dotata atque exculta?

Atqui hac ratione illos literarum vtilitati ſuaeque gloriae pariter conſuluiſſe, omnino negari nequit. Deinde ex ſcriptis, quibus viri illi ſummo ingenio et inſigni doctrina antiquitatis monumenta illuſtrarunt, eos ſcriptorum magna illa ingenia religione quadam et pietatis ſenſu ita veneratos eſſe apparet, vt horum templa ſanctiſſima diuino quaſi numine afflati intrarent, id maxime veriti atque cauentes, ne forte eorum ſanctitatem et numen laederent et violarent. Ita in critica etiam illud, quod Thucydides ſapienter pronuntiauit, *peritia timorem, imperitia audaciam facit*, multis exemplis confirmatum et roboratum videas. Ignoſcendum igitur puto, non iraſcendum hominibus illis religioſiſſimis, quod diuitias in diuinis antiquitatis operibus ſepoſitas poſteritati explicare ſuisque copiis auctas tradere ſint cunctati. Bonarum vero literarum cauſa ſincere optamus, vt, ſi qua ingenia illis artium humanitatis ſoſpitatoribus aequiparanda in poſterum exortura ſint, haec ad optimos quosque

auctores mentis ſagacitatem et eruditionis copias transferant. Quae quidem ingenia noſtra aetate prouenerunt, ſeque in antiquitatem abdiderunt, incredibile memoratu eſt, quantum horum ſtudio emolumenti et fructus in ſingulos ſcriptorum veterum principes redundauerit. Quare Homerum, Sophoclem, Aeſchylum aliosque nonnullos, quos hic commemorare et longum et ineptum foret, quod e tenebris quaſi et ſitu, in quo ſepulti iacuerant, erutos viri doctiſſimi ad priſtinum nitorem, quoad eius fieri poſſet, reuocare ſatis proſpere tentarunt, profecto eſt, quod hanc tantam felicitatem ſaeculo noſtro, quod multa laudis et artium tulit, vehementer et ſerio gratulemur. Sed quemadmodum id, quod vere pulchrum eſt, immenſam atque infinitam, vnde, qui velit, partem aliquam ſibi petat exquirendam et excutiendam, materiam continet atque complectitur, ita neminem quemquam mortalium in vno, quem ſibi tractandum ſumſerit ſcriptorem, omnes difficultates cum paluisculo auferre, nec

quod omnibus numeris expletum ſit, emittere poſſe, cuique vel leuiter literis elegantioribus imbuto facile eſt intellectu. In quam cogitationem incumbens cum in aliis, quae vel feliciter emendata vel egregie illuſtrata videbam ſcripta, tum praecipue in Tragicorum operibus, deliciis meis, ingenii vires exercere aggreſſus, ad Aeſchylum in primis, innumeris propemodum mendis et corruptelis obſcuratum et obrutum quaſi, animum adiiciebam. Quippe enim videbam, quamuis Schutzius V. C. ingenio et doctrina inſignis de Tragicorum principe egregie meruerit, atque hoc nomine iudicibus aequis, iisque magna eruditionis gloria florentibus probatus iuſtis laudibus ſit illuſtratus, hunc igitur videbam, palma aliis praerepta, non item omnem ingenii vires periclitandi materiem, neque omnem de hoc ſcriptore bene promerendi facultatem praeripuiſſe. Itaque familiaritate cum hoc ſcriptore contracta, ad criticam, quam Schutzius in eo expoliendo ſecutus eſſet, rationem, cum ani-

mum aduertiſſem, textum quibus praeſidiis et quomodo iis vſus recenſuerit quaerebam, nec iniquum nec alienum cenſens, ab eo, qui ſcriptoris nouam recenſionem in ſe ſuſcepiſſet, id expectari, vt lectionibus, vel e codicibus Mſſ., quibus vteretur, vel ex editionibus, quae ex Codicibus ductae pro codicibus haberi deberent, vbi id aut omnino neglectum aut negligenter factum viderit, diligenter enotatis et accurate excuſſis, textum emendatiorem conſtitueret. Tum demum, caeteris criticae praeſidiis adſumtis, quid auctor, cuius opera tractas, vere ſcripſerit, quaeri et iudicari poteſt.

Cum igitur Schutzius de via et ratione, quam in Criſi exercenda tenuiſſet, in praefatione cum alia docte et accurate expoſuiſſet, tum profeſſus eſſet, ſe, collatis ac diligenter excuſſis Aeſchyli tragoediarum editionibus ad vnam omnibus primum hoc egiſſe, vt textum melius ac rectius, quam in ſuperioribus factum eſſet, conſtitueret, eum veram viam in-

gressum, Aeschyloque dignam operam suscepisse vehementer laetabar. Nam antea et delectus lectionum temere fere factus, nec cuiusquam, qui Aeschylum tractandum sumserat, labor eo pertinuerat, vt textus ad editos, qui auctoritatem haberent, libros recenseretur et corrigeretur. Iactat quidem Stanleius, se reliquis editionibus cum Canteriana collatis, lectiones variantes omnium apposuisse. Sed res non apparet. Nam variarum lectionum collectione diligenter excussa, quam ad libri calcem reiecit, negligentius eum et temere, si quem, hac in re versatum esse, vehementer mirere. Vt praecipuarum lectionum delectum aliquem non instituit, ita ne dimidiam quidem omnium partem enotare sustinuit. Nec hanc variarum lectionum farraginem ad textum emendandum adhibuit, vt, quae lectiones praeferendae essent, eas reciperet, locis deprauatis, manu artifice e lectionum corruptarum vestigiis lectiones bonas eliciendo, subveniret, quin etiam eo socordiae et negli-

gentiae progreſſus eſt, vt manifeſta operarum typographicarum vitia pro veris lectionibus ſeruaret a), ſatis habens lectiones editionum principum, quae in textu poni deberent, et ſi quid ipſe boni inueniſſet, in notis commemoraſſe. Cum itaque Schutzius extitiſſet, qui iuſtam tragoediis recenſendis et expoliendis operam nauare polliceretur, res literarum publica habebat, quod laetaretur impenſe. Eum enim, quidquid Stanleii oculos fefelliſſet, vel per incuriam eiusque leuitatem eſſet omiſſum, ſumma diligentia parique fide conquiſiturum, textumque ad diſcrepantes, quas enotaſſet, lectiones doctrina eximia et religione exacturum eſſe, nemo facile erat, qui non coniectura certa augurari ſibi videretur. At quamuis in textu ad libros ſcriptos et editos emendando illum priores editores longe ſuperatos reliquiſſe

a) Quod excuſes editoris recentioris exemplo, qui, cum in Perſ. 445. olim operarum incuria excuſum eſſet ὀλολωλέναι, hoc vitium in minori repetendum curauit.

haud cunctanter sit concedendum, eum tamen nec illis, quae dederat, promissis, stetisse, nec iucundae, quam omnes de eius studio conceptam habuerant, spei satisfecisse, ex his, puto, quae explanatum eo, luculenter apparebit. Mihi enim varietatem lectionum, quam textui subiecit, editiones veteres iterum inspiciendi cum mihi contigisset facultas, examinanti, non quod me multa, quae Schutzii diligentiam fugissent, reperturum sperabam, sed vt, quam ille rationem ea in re tenuerit, cum ipse nihil de ea professus esset, indagarem, eum nullam fere aut incertam saltem viam ingressum ac persecutum esse, diligentior facile persuasit cura et studium. Non maiorem Schutzium Stanleio diligentiam hic mihi probasse, quid est, quod dissimulem, cum et ille neque omnes variantes congestas in medium protulerit, nec selectas textui subiecerit? Eius consilium non eo pertinuisse, vt omnes illas colligeret, significant eius verba ad Agam.: 70 δακρύων. δακεύων, inquit, *vitiose*, *vt*

alia plurima, quae enotare nihil attinet. Ald. Verum enim vero non magis de hac varietate quam fcilicet vilipendit, quam de ratione, quam in varietate omni congerenda et digerenda iniit, equidem ei affentiar. Quid enim eft, quod lectionem enotare aegre feras, quae melioris lectionis, quam Robortellus primus, ex codicibus an ex ingenio incertum, edidit, veftigia aperte prodat? praefertim cum operarum vitia, quibus Aldina inquinata eft, immo et aliarum editionum fphalmata ad calculum vocaueris. Iam primum Aldina prodigiofis mendis deprauata prodiit, fiue typographi opus tot vitiis inquinauerint, fiue autographa Aldi, ex quibus eo mortuo fuerit expreffa, negligenter fuerint fcripta, fiue Franciscus Afulanus *b*), qui huic fororii editioni

b) Eft quod vehementer mireris vanitatem hominis, qui cum in praefatione, fe vna cum patre et fratre fumma diligentia et cura, vt literarum vtilitati profpiceretur, connifum, nec ab hoc ardore laboribus nec fumtu deterritum

praefatus eſt, cum Andrea patre, Federico fratre in membranis legendis minus exercitati negligenter illam excudendam curauerint. Hac igitur editione cum cogitate et caute ſit vtendum, Schutzius tamen, praeterquam quod interpunctionem, quae ibi ſimulque in Robortelli editione plerumque corruptiſſima eſt, malam modo commemorauit, modo ſilentio praetermiſit *c*), operarum vitia recenſuit

eſſe iactaſſet, inſignis tamen vel imperitiae vel negligentiae hoc opere ſpecimen ediderit. Nollem igitur factum eſſe, vt omnem conatus tam infelicis culpam Andreae Aſulano, Aldi Manutii Socero, impoſuiſſet Harleſius, rei literariae peritiſſimus, ſcribens videlicet in Biblioth. Graec. Vol. 2. p. 186., hanc Aeſchyli editionem, Aldo biennium iam mortuo, Andream Aſulanum ſocerum curaſſe, quae quidem praefationi ſupra memoratae aperte repugnaut.

c) Quamquam male et in hoc negotio verſatus, vt in Sept. 96, cum notet: *κτύπον; κέπλων.*] *κτύπον πέπλων mala diſtinctione Ald. Rob.* Sed Rob. habet *ἀσπίδων κτύπον, πέπλων, καὶ στεφέων.* Et

manifeſta vt ad Sept. 148. Aldinae vitium *μάχαιρ'* pro *κάκαιρ'*, et in eodem dramate 99. Robortelli vitium *δέδορπα* pro *δέδορκα* et alia permulta, quae recenſere taediofum eſt. Nec recentiorum editionum vitia typographica memorare veretur. Ad Prom. 989. enim haec notavit: *ἄικισμ'*] *ἄικιμ' eſt vitium typogr. ed. Victor, in Stanl. propagatum.* At Victorius ipſe iam *ἄικιμ'* tamquam operarum erratum in *ἄικισμ'* mutandum

rurſus ad 211. ἔστι. *Nullum, inquit, diſtinctionis ſignum Ald. Turn.* At omnes hoc carent editiones praeter Brunckii, qui primus hanc interpunctionem invenit, lectoreque nihil admonito inuexit. Nec vnice veram hanc interpunctionem habuerim, vt Schutzius in commentario pronuntiat, cui Aldinae editionis (Robortellum adde) ἐστὶ θεοῖς δ'ἔτ' ἰσχὺς καθυπερτέρα ſenſu carere non videtur. At eundem plane ſenſum praebet, breuitatique magis fauet. Nec particulam δὲ vocabulo ſecundo ſubiectam eſſe ab Aeſchyli more ſeiunctum videatur, poſt illa, quae Canterus ad Eumen. 601 diligenter laudauit exempla.

monuerat. Hinc, puto, ſpes eſt; fore, vt mox exiſtat aliquis, qui operarum vitia editionum Schutzii haud pauca tanquam variantes lectiones laudet, cum ipſe in editione minori nonnulla ex maiori deriuata propagarit. Sed nondum diximus omnia. Vir enim doctus Stanleium illud vitium propagaſſe contendit. Scilicet notam, quam Britannus ille p. 736. *ἄικιμ' lege ἄικισμ'* in commentario appoſuerat, cum leuiter inſpexiſſet, *ἄικιμ'* typis expreſſum eſſe nullus dubitauit, cum tamen *ἄικισμ'* in textu datum legatur. Quid quod tam negligenter prouinciam ſuſceptam adminiſtrauit, vt vitia operarum manifeſta, quae editores hoc nomine appellata recenſuiſſent, in variarum lectionum numerum referret. Nam cum Robortellus in editionis, quam curauit, fine p. 266. errata typographica, maximam ſaltem partem, enumeraſſet, ille quidem multa eorum, quae ſcilicet eius diligentiam non effugiſſent, nihil cunctatus in varias lectiones recepit. Ita in Perſ. 713.

ad verba ὡς εἰπεῖν ἔπος haec notauit: *Sic Guelf.* ὡς ἔπος εἰπεῖν. *Vit. Ald.* ὡς ἔτος εἰπεῖν *Rob.* Sed ipſe ἔτος tamquam operarum vitium in ἔπος mutandum dixerat. Vellem praeterea cauſam adieciſſet, cur ſcriptura, quam recepit, praeferenda ipſi viſa ſit. Legibus ſcilicet metri anapaeſtici altera poſitura verborum ὡς ἔπος εἰπεῖν aduerſatur. — Nec magis laudaueris, quae ad Eumen. 52. et 593. poſuit. Altero enim loco κδελύκτροποι tamquam variam lectionem Robort. exhibet, quam tamen hic cum βδελύκτροποι commutandam docuiſſet. Ad hoc mirum, quod hanc vitioſam commutationem litterarum κ et β in editionibus antiquis ſatis frequentem, aeque atque illam τε π et τ et aliis in locis repetiit, vt in Choeph. 926. vbi et Robortellus καρύδικος exhibet pro βαρύδικος, quam Stephanus primus dedit. At 593. vellem memoraſſet lectionem ſiue, opinor, coniecturam, a Robortello in erratis propoſitam, πῶς γ' ἐι σ' pro πῶς γάρ, haud ſane deteriorem emendatione

Schutzii ὖ γάρ. At priſtinam lectionem retinens ita locum diſtinxerim:

πῶς γάρ; σ' ἔθρεψεν ἐντὸς, ὦ μιαιφόνε, ζώνης, ἀπεύχει μητρὸς αἷμα φίλτατον;

Oreſtes cum negaſſet, ſe cum matre conſanguinitatis vinculo iunctum teneri, chorus mirans ei reponit: πῶς γάρ. *qui tandem fieri poteſt, vt haec contendas?* Plene λέγω σε ἐν αἵματι μητρὸς εἶναι· πῶς γάρ τις λέξαι, σὲ ὐκ ἐν αἵματι μη. εἶναι; σ' ἔθρεψεν — φίλτατον. In vtero te, o matricida (Male Sch. ὦ μιαιφόνε *o parricida* reddidit. nullibi legas matricidam, qui et ipſe parricida audit.), nutrivit, et tamen matris chariſſimum ſanguinem abominaris? Singula verba, vt ſenſus eorum recte accipiatur, geſtu et voce adiuuanda ſunt. Itaque particulis, ad loci mentem accuratius declarandam alibi vſurpatis, aeque carere poſſumus, ac ſexcentis in locis Terentii. — Pro. σ'. Aldina habet τ' vitioſe, nec receperim lectionem αἷμα τὸ φίλτατον, quam Ald. et. Rob. praebent, vtpote qua anapaeſtus ſedi quintae inferatur. Sed haec quidem

Schutzio crimini non verterim, modo vt 606. rem melius gessisset. Nam Ald. habet βȣλῇ, non vero βȣ́λῃ, et Robortellus cum in contextu operarum negligentia βȣ́λῃ esset expressum, ipse in erratis corrigendis βȣλῇ restituendum indicauerat, vt et ἐπίσπεσθαι pro ἐπίσπασθαι. Vide nunc, quam accurate et diligenter Schutzius haec: βȣ́λῃ *Ald.* βȣ́λῃ *Rob.* ἐπισπάσθαι *Rob.* notauerit! Haec vero, quae tam negligenter ab eo tractata esse hactenus docuimus, non ei esse tribuenda, quod errata, quae Robortellus ipse correxerat, ab illo non fuerint animaduersa, cum ex varia lectione ad Eumen. 978. commemorata satis appareat, tantam tamen hanc negligentiam nemo, puto, adeo humanitatis expers foret, quin ei concederet atque condonaret, nisi plura et maiora paruis peccatis veniam commodari vetarent. Primum enim putasne tandem variis lectionibus, quibus colligendis viri docti ante operam dederant, vt bene et diligenter vteretur, eum hoc saltem a se impetrare potuisse? Tantum, inquam, ab-

fuit, vt discrepantes lectiones, quas Turnebus, ex Codd. Mſſ. depromtas, ad editionis ſuae calcem reiecerat, Stanleius vero ſeparatim poſt fragmentorum collectionem imprimendas curauerat, cum fide et diligentia adhiberet, vt, cum Burgeſs Pentalogiae, quam a Burtono compoſitam iterum edendam curauit, parti alteri varias lectiones ad ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας e Codd. Mſſ. Cl. Antonii Aſkew ſubieciſſet, ne has quidem in vſum ſuum conuerteret. Et de Turnebi quidem variis lectionibus, quarum perpaucas adſcripſit Schützius, conferendis et congerendis cum ipſe lectores nihil admonuiſſet, equidem conſilio, quod in hac re ſecutus ſit, eruendo id operae atque laboris inſumere haud grauabar, vt illas cum Varietate Schütziana compararem. Atque ad nullum conſilium hanc rem illum direxiſſe et confeciſſe, intellexi. Nam vt minimam illarum partem commemorauit, ita ne tum quidem eas vbique appoſuit, vbi ceterae editiones vel Codd. diſſentirent, vel varietas eadem, ex alio libro depromta,

illius insuper auctoritate confirmari posset. In Prometheo enim v. 662,

χρησμοὺς ἀσήμως (leg. ἀσήμους) δυσκρί-
τως τ' εἰρημένους

Turnebus e Codd. ἀσήμους δυσκρίτους enotauit; quam lectionem cum Robortellus exhiberet, Schützius neque Turnebi rationem habuit, et e Rob. δυσκρίτους tantum adscripsit. v. 559. scripturam ἄγαγες pro ἤγαγες et Turnebi Var. lect. et Robortelli auctoritate confirmari poterat. Ad v. 724. Schützius haec: ἴξει. *Sic Ar. Regg. Ald. Turn. etc.* ἥξεις *Rob.*; quam notam ita quaeso diffingas. ἴξει Brunckius primus ex Codd. Reg. dedit, quod iam Turnebus e Codd. enotauerat. ἥξει Ald. Turn. Rob. Vict. cum reliquis. — 735. Codd. Turnebi cum Ald. lectione ἡμῖν consentiunt. 803. ἀκραγγεῖς pro ἀκραγεῖς Turnebum e Codd. enotasse et Aldinam habere, non animaduertit. 900. δυσπλά-νοις] δυσπλάγχνοις Turn. Sed Aldina cum Robort. habet δυσσπλάγχνοις, Victorius cum Stanleio δυσπλάγχνοις — Canterianam enim editionem nancisci

non potui — Turnebus solus e Mſſ. meliorem lectionem δυσπλάνοις (non δυσπλάνεις, quod Stanleius negligenter attulit) enotatam ſuppeditauit, quam Heathius primus comprobauit, et Brunckius recepit, editore Glasguenſi probante. — v. 911. πότ' pro τότ' et v. 951. pro προσβάλῃς, προβάλῃς citat Turn., et Ald. cum Robort. exhibet προβάλλῃς non προσβάλλῃς quod Schützius affirmat. v. 971. πράγμασι. Hanc lectionem e Codd. Reg. Brunckius edidit, at Turnebus iam inuenerat. Ald. vero Turn. Robort. etc. πήμασι cenſenſu habent. Iam adeas Schützium, eiusque diligentiam laudes in his: *πράγμασι] πήμασι Turn. Vict. Sed h. l. vocabulum μέσον elegantius est, et πράγμασι est in Codd. Reg. Viteb.* Praeterea v. 976. κακοῖσιν ἐκδίκως pro κακοῖσί μ' ἐκδίκως et v. 1033 τελεῖν pro τελεῖ Turneb. citat. Denique in fabulae fine v. 1093. Victorium et Stanleium interrogationis notam post πάσχω poſuiſſe Schützius obſeruat. Sed nulla omnino editio hanc diſtinctionem exhi-

bet, nisi quod eam e Codd. enotauit Turnebus, praetereaque in Sept. adv. Theb. v. 4. θεῶ pro θεῶν. v. 56, πύλαις pro πύλας v. 151. παναρκεῖς pro παναλκεῖς. v. 371. χαλκήλατον pro χαλκήλατοι. v. 379. ὁρμαίνων μένει pro ὁρμαίνει μένων. v. 400. δίκη δ' ὁμαίμων quod Victorius cum sequentibus recepit. Sed omnia persequi longum est, restatque, vt eas etiam lectiones, quas Burgessium calci Septem adv. Theb. subiecisse supra memoraui, haud dignas fuisse ostendam, quae ab Schützio contemnerentur. V. 18. Med. pro παιδίας exhibet παιδείας, consentientibus Ald. Turn. Rob.; quam lectionem Schützius admitti non posse pronuntiat, quia ει ante vocalem corripere non sit Atticorum, probante Cl. Valckenaer. ad Eurip. Phoeniss. v. 21. Videlicet senarii quintam sedem spondeum non admittere statuit vir doctus, et rei tritissimae et notae immemor, quam v. 67. ex Brunckianis transtulit. Qui vero fieri potuerit, vt Valckenaerii verbis ad Eurip. Phoen. 21.

ὁ δ' ἡδονῇ θεὸς, ἔς τε βακχεῖον πεσών — alibi propter modulum verfus in Phoen. βάκχιον fcribendum; hic vtrum ponatur, nihil refert; ita ad errorem probandum abuteretur, nullus dum exputo. Recte vero Bothe lectionem παιδείας recepit, aptiorem verbo ἐθρέψατο, qua patriam tamquam nutricem et matrem (φιλτάτη τρόφος καὶ μήτηρ) educationis moleftiam fuftinuiffe, huiusque nunc pretium repetere fignificatur. Et, lectione παιδιᾶς recepta, variae, quae infantiam premunt, aerumnae, matribus fcilicet nutricibusque molefte tolerandae, vt fuavem lectoribus imaginem obiiciant, vereor, praefertim cum, de quo Schützius monuit, Phoenicen recordentur Homericum, Achilli moleftias, in eo educando toleratas, in memoriam ita reuocantem Il. ι, 490.

Πολλάκι μοι κατέδευσας ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνα

Οἶνε, ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ

54. Lectio πίστις ex Colb. 2. praeferenda eft alteri πύστις, hoc fenfu: harum

rerum fides fegnitie non tardabit. Male vero Schütz, in Robortello extare illam πίστιν in maiore editione notauit, eumque errorem in minori propagauit V. 80. Col. 2. D. praebent ὅδε cum Rob. et A. M. 1. λαὸς. — 101. τὰν τεὰν γᾶν eft in C. γᾶν τεὰν in Colb. 1. Omnes ante Brunckium. σὰν pro τεὰν: 102. χρυσεοπήληξ. Colb. 2. M. B. pro χρυσοπήληξ. 151. παναρκεῖς Med. pro παναλκεῖς, quod et Turneb. e Codd. citauit. Lectio non fpernenda. 156. πανδίκως. Sic Colb. 1. et 2. Sed praeferenda lectio πανδίκους χειροτόνους λιτάς. Septem 82. σαφὴς ἔτυμος ἄγγελος, vbi diftinctio poft σαφὴς delenda, quam Turn. primus intulit. Soph. Trachin. 1029. ἀποτίβατος ἀγρία νόσος, quae verborum pofitura Tragicis frequentiffima. 181. Emendatio Stanleii βαλήσεται pro βουλεύσεται confirmatur lectione Med. 1. βαλλήσεται — Verfus 211 - 14. ita emendandos cenfeo

Ἔστι· θεοῖς δ' ἔτ' ἰσχὺς καθυπερτέρα·
Πολλάκι δ' ἐν κακοῖσιν τὸν ἀμήχανον,

Καὶ χαλεπᾶς δύας ὕπερθ' ὀμμάτων
Κρημναμένων νεφελᾶν, ὀρθοῖ.

hac ſtructura: ἰσχὺς θεῶν δὲ ὀρθοῖ πολλάκι ἐν κακοῖσι τὸν ἀμήχανον, καὶ νεφελᾶν χαλεπᾶς δύας κρημναμένων ὕπερθ' ὀμμάτων *et potentia deorum ſaepe erigit eum, qui omni ratione ſe expediendi ſeruandique deſtitutus eſt in malis, etiamſi* (*καὶ pro καίπερ*) *nubes grauis mali impendeant eius oculis.* Nam Med. 1. cum Marcellino in vita Thucyd. (vid. Var. Lect. ed. Bip. p. 45) exhibet τὸν ἀμήχανον, quod Canterus etiam coniecit. Hinc, omnium librorum lectione 205. ἐπίδοιμι integra relicta, verſus antithetici optime procedunt

Ἄδε πανήγυρις, μήδ' ἐπίδοιμι τάν —
Πολλάκι δ' ἐν κακοῖσιν τὸν ἀμήχανον.

καὶ pro κάκ, quod eſt in Med. M. 1. Colb.2, conſentiente Robort., (κ'ἂν praebet Cod. D.) vt vltima vocis ἀμήχανον producatur, et κρημναμένων νεφελῶν Marcellinus exhibet. ὀρθοῦν vero *erigere* confirmatur Soph. Oedip. Colon. 394.

νῦν γὰρ θεοί σ' ὀρθοῦσι, πρόσθε δ' ὤλλυσαν.

221. Colb. 2. praebet ὄτοι *non ſane*, quod praetulerim vulgatae ὅτι *non aliqua ex parte*. 224. ἄμμιγα i. q. ἀνάμιγα pro ἄμα praebet Med. D.; hancque lectionem exquiſitiorem metrum etiam exigit, modo in antithetico v. 213. ἀδάματον reponatur. 306.

οἰκτρὸν γὰρ πόλιν ὧδ' ὠγυγίαν
Ἀΐδι προϊάψαι —

ὧδ' ex Glasguenſi pro vulgata τὴν δ' Schützius in editione minore recte quidem recepit; at idem male vertit: *miſerabile enim eſt, vrbem ogygiam ſic ad interitum dare.* Nam iungendum πόλιν ὧδε ὠγυγίαν *vrbem tam h. e. perquam vetuſtam*, vt ſupra v. 80 λεὼς ὧδε πολύς, quod idem Schützium latuit. Sic ὧδε *perquam* apud Solon ad Muſas. v. 5.

εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις.

Codd. Med. C. D. M. 1. praebent τήνδ' ὧδ' ὠγυγ. 428. Non male A. γεγωνῶς 532. metro laboranti ſuccurrit lect. Med. ὁ παρθενοπαῖος. 445. forma Νηιτησι in D. 550. pro κλύων, quod cum foeminae loquantur, nullo pacto tolerari poteſt, Codd.

Askew, exhibent κλύσσα: cf. sup. 224. ποταίνιον κλύσσα. Nominatiuum absolutum egregie illustrauit Brunck. ad Pers. 120. 121. p. 316. 317. et ad Soph. Elect. 480. et Antig. 260.

λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοί,

φύλαξ ἐλέγχων φύλακα.

Adde Prometh. 201. 720. αὐταδαί-κτως habet Cod. A. lectionem concinniorem. Paucis, quas in medium protuli, exemplis, Schützium in prouincia suscepta administranda mala fide versatum esse; satis apparet, praesertim cum varias illas lectiones ei notas fuisse Commentarius notaeque huic subiectae probent. Nam in varietate lectionis, quod sciam, nullibi illarum mentionem fecit. Illud autem, si quando nonnullas commemorauerit, eas nullius fere pretii esse habendas, vid. Comment. p. 272. 273. 276. 300., insignes vero lectiones silentio prorsus esse praetermissas, aliis fortasse mirum videatur, mihi non item, qui Schützium in lectionibus discrepantibus, vel adhibendis, vel enotandis nihil prorsus dili-

gentiae et aſſiduitatis poſuiſſe cognitum habeam. Nam ne id quidem a ſe impetrare potuit, vt ad varias lectiones ex editionibus principibus cum fide et religione enotandas mentem ſuam applicaret et curam. Etenim Prometh. v. 235. pro δ' ἐτόλμησ' Turnebus δὲ τολμῇς exhibet, quod Scholiaſtes forma τιμῇς pro τιμήεις illuſtrauit. Modo igitur ſcribatur τολμῇς (i. q. τολμήεις) ἐξερυσάμην, lectionem Turnebi haud repudiauerim. Nam aſyndeton in vulgata lectione ἐτόλμησα — ἐξερυσάμην mihi diſplicet, nec defendi poteſt ἑπτ' ἐπὶ Θήβ. v. 59. Ἀργείων στρατὸς χωρεῖ, κονίει, ad cuius exemplum haud ſcio an emendes 427.

θνητὸς ὢν ἐς οὐρανὸν
Πέμπει γεγωνεῖ Ζηνὶ κυμαίνοντ' ἔπη.

pro γεγωνῶ, quod verbum nullibi extat. Eadem ſtructura in Tacit. Annal. II. c. 8. *erratumque in eo, quod non ſubuexit, transpoſuit militem, dextras in terras iturum*, licet hoc aſyndeton viri docti emendando interpretandoque nobis eripere conentur. Interdum Variantes commentus eſt, veluti

v. 354. *πᾶσιν ὅς*] ὃς πᾶσιν. *Rob. metrum peruertens;* at Ald. Rob. Turn. πᾶσιν ὅς. Anapaestus vero vt ex quinta sede eiiciatur, scribendum puto pro ἀντέστη

Πᾶσιν ὃς ἀνέστη θεοῖς

Σμερδναῖσι γαμφυλαῖσι συρίζων φόνον hac structura ὃς ἀνέστη συρίζων φόνον πᾶσιν θεοῖς Σμερδναῖσι γαμφυλαῖσιν. v. 397. *τᾶς*] *τὰς Turn.* Male. Turn. habet τᾶς τὰς vero in Ald. — v. 502. *χρυσὸν δὲ* exhibent Ald. Turn. pro χρυσόν τε, quod enotare neglexit, vt v. 517. ἆρα ζεύς ex Rob. ἆρ' ὁ ζεύς ex Ald. et ἄρ' ὁ ζεύς e Turnebo, qui primus de metro sanando et accentu emendando in verbis ζεύς ἐστιν, pro quo Ald. et Rob. ζεὺς ἔστιν dant, curam adhibuit. At diligentiam viri docti quaeso admiremini v. 511. vbi pro ταύτῃ Ald. Rob. ταυτη habere adscripsit, sexcentis scilicet in locis ι in η. α. ω. (236. 242. 244.) Aldum omisisse, non recordantis, praetereaque innumera alia eiusmodi sphalmata, de qua re p. 10. admonui. v. 525. *δύας*] *βίας Cod. Turn. Viteb.* Adde Rob., et v. 558. Rob. et Turn. in quibus

ἰσότητι extat. v. 683. Lectionem ὅ τι λοιπὸν πόνων Turnebus dedit. Nam Ald. excuderat ὅτι-πόνον, et Rob. πόνȣ. Nihil eorum Sch. vidit, nec v. 772. αὐτῶν pro αὐτὸν in Ald. aut v. 1035. ἀμείνονα in Rob., quod Aldo perperam tribuit. — Sed ne locis nonnullis vndique operose coactis Schützio negligentiae crimen imponere velle videar, quam vir ille diligentiam in varietate lectionis ad Sept. adv. Theb. v. 168 — 266. enotanda et colligenda praestiterit, mecum quaeso recognoscite. v. 168. πολισσȣ́χων] πολισȣ́χων Rob. Sed et Ald. Mirum, operarum vitium v. 104. πολλισσȣ́χοι in minori edit. propagasse Schützium. vid. sup. p. 8. — Item v. 256. ex Ald. et Rob. πολισȣ́χοις enotare neglexit. v. 178. τοιαῦτα δ' ἄν. Particulam δ' primus inseruit Turnebus Rob. Turneb. etiam τοιαῦτ' ἄν. 179. ἀκȣ́σεται. Rob. μεταίχμιον. Sed hanc lectionem e versu sequenti typothetarum socordia temere hic intrusam esse, non vidit Schützius. 201. πολεμίον. Omnes editiones vsque ad Brunckium πολεμίων, non

ſola Aldina, quod Sch. poſuit. 203. πό-λεος Ita primus Turn. correxit. Ald. Rob. πόλεως metro aduerſante. Formam vero πόλεος promiſcue in Iambis et ſtrophicis vſurparunt Tragici. Hinc ſupr. 163. ſcrib.

φιλοθύτων δέ τοι πόλεος (vulg. πό-
λεως) ὀργίων

vt ad amuſſim reſpondeat antithetico 156.

κλύετε παρθένων, κλύετε πανδίκως.

Ibidem φιλοπόλεις 160. reponendum. Nam, lectio φιλοπόλιες metrum peſſumdat, et ionica forma φιλοπόλις, eſt reſpuenda 208. ἐπίδοιμι omnes ante Brunckium, cuius emendationem εἰσίδοιμι nimis reuerenter propagauit Schützius. v. 208. ſyllabam συμ in lectione Aldi e praecedente σα natam recte delerunt Rob. et Turn. 211. ἔστι. diſtinctionis ſignum in nulla editione comparet, praeter Br. et Schütz. 214. κρημναμέναν. Ita Turn. correxit. Ald. Rob. κρημναμένην. 215. Ald. ἔστι pro ἐστὶ. 216. Ald. Rob. Turn. ἔρδειν pro ἔρδειν, quam Scripturam et in Soph. Oed. Colon. 1074. retinuit Br. 217. Ald. Rob. Turn. cum rel. εἴσω. Schüt-

zius Rob. et Vict. tantum citat. 224. Ald. Rob. πάτταγον pro πάταγον. 231. Rob. ἄταν pro ἄγαν, lapſu in commutandis τ et γ. prono. 232. Rob. κυκλέμενον pro κυκλεμένων. 233. ἐκεῖν ſine interrogationis nota ediderunt omnes ante Br. 234. ἀραγμὸς δ' omnes ante Br. non tantum Ald. et Rob. Nec aſſequi potui, cur lectio omnium librorum δὲ, quod ſaepiſſime apud Aeſchylum pro γὰρ poſitum, furca expulſa ſit a Brunckio, cuius auctoritate, incredibile memoratu eſt, quoties ad temeritatem atque negligentiam abuſus ſit Schützius *d*). Ald. ὀφέλεται. 235. πτόλιν.

d) Prometh. 319. τἀπίχειρα γίνεται. Br. Victorium, Stanl. notans *Vulgo male excuſum τὰ 'πίχειρα, absque craſi, quae ad metri integritatem neceſſaria eſt.* Quae totidem verbis repetiit Sch., quamquam Rob. Turn. ſcripturam τἀπίχειρα habent. Ald. vero τ' ἀπίχειρα. Vix igitur in hac iudicii leuitate mirari ſubit lectionem meliorem γίγνεται, quam Br., lectorem ſuo more nihil admonens, dederat, Moer. Att. ſecutus γίγνεται Ἀττικῶς, γίνεται ἑλληνικῶς, nec olim animadverſam nec in editionem minorem ex Glasguenſi receptam, qua pari negligentia vſus ſit vid. Sept. 13. 62. 81. 86. 109. 121. 136. 140. 141. 188. 190. 197. 210. 211.

Primus Turn. correxit. Ald. Rob. πόλιν metrum respuit. 237. Rob. egreg. exhibet ἀνασχήσει quam primus editor Glasguensis dedit, at idem non bene 239. κἀμὲ καὶ σὲ καὶ πόλιν. Chorus enim precatus erat, *dii ciuitatis, facite ne ego in seruitutem redigar.* Responderi igitur debet, *rediges te ipsa in seruitutem.* Quare non dubito, quin certa emendatione scribendum sit:

αὐτὴ σὺ δουλοῖς καὶ σὲ καὶ πᾶσαν πόλιν

με et σε in Codd. frequentissime permutantur. 240. ζεῦ Ald. Turn. ζεὺς. Ita variatum Pers. 909. 243. παλινστομεῖς. Vitium typog. Ald. πάλιν στομεῖς notauit Schütz., quem alia eiusdem editionis sphalmata typogr., neglexisse quis accuset? v. 232. 234. 236. 262. At eiusdem negligentia v. 245. 248. 253. 258. 265. 266. etc. ferenda non est. Quid ergo est aliud, editiones, quarum in lectionum

217. 232. Pariter Br. indicium Sept. 18. de accentu voculae ἤ et 335 de lectione ἀρτιβρεφεῖς, quam Ald. et Turn. habent, adhibuit. Adde Prometh. 950.

iudicio ſit auctoritas; negligenter inſpicere, in praeſidiis ad ſcriptorem corrigendum paratis mala fide verſari, et levitate atque temeritate ſeſe abripi pati, niſi hoc modo editionibus principibus vti, atque lectiones discrepantes enotare, vel ab aliis congeſtas digerere atque adhibere? Quam quidem ſummam negligentiam mox caſtigabit Godofredus Hermannus, quem Aeſchyli tragoedias ad editiones principes atque Codd. auctoritatem exegiſſe, tantaque religione hac in re verſatum eſſe accepimus, vt ſingulas ſyllabas magna diligentia ad calculos vocauerit. Ab eius igitur doctrina atque ingenio, fide atque diligentia id omnes laeti expectant, vt, qualem ſe in parte operis, in Eumenidibus recenſendis, praebuerit criticum, talem ſe in vniuerſis Aeſchyli tragoediis, quoad eius fieri poſſit, veris et germanis reducendis impertiat, atque principis tragicorum ſospitator dici haberique poſſit.

Caput 2.

δρᾶν absolute positum apud Aeschylum sensu malo, quo alias δρᾶν τι, illustratur. Hoc ansam praebet Tragici incerti fragmentum leuiter corruptum emendandi, Archilochi Trochaicos disponendi, et locum difficilem in Choëphoris explicandi. Infinitiuus in precibus quomodo sit accipiendus! Inde Aeschylus in Septem adv. Theb. defenditur, et interpunctione meliori Euripidis Medeae consulitur. Locus Agamemnonis explicatur et defenditur. κρίνειν est diuinare. Inde Aeschyli loca duo in Persis et alia, itemque Sophoclis quaedam sub examen vocantur. — Agamemnon bis explicatur.

δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

In hoc fragmento, quod apud Stobaeum Eclog. Physic. lib. 1. C. 4. ed. Heeren et Theophil. Antiochen. adv. Autolyc. 2, C. 53. ed. Wolf legitur, vsus verbi δρᾶν

imprimis eſt notandus, qui me aliquando ad hanc emendationem induxit,

δράσαντι γάρ τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

Hanc enim voculam eos fere Scriptores, qui eandem ſententiam, eodem verbo δρᾶν vel ſimili, vt ῥέζειν, ποιεῖν, ἐργάζεσθαι, vſi expreſſerunt, ei adiunxiſſe video. Pindar. Nem. IV, 51.

ἐπεὶ
ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.

cuius ſcholiaſtes ex neſcio quo Tragico verſum laudat noſtro ſimillimum

τὸν δρῶντά τοί τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

vti corrigendum conieci pro vulgata lectione, δρῶντά πὲ τι, pro qua Heeren ad Stobaeum l. c. δρῶντά πᾶν reſcripſerat. Sed tamen non magis Heerenio quam interpretibus ad Theophilum adſentior, ſtatuentibus, verſum, quem laudauit ſcholiaſtes Pindari, Aeſchylo tribuendum, et pro vno eodemque habendum eſſe alterum, quem legimus apud Stobaeum. Nam et Veteres, in ſententiis praeſertim, eandem rem totidem fere verbis expreſſiſſe vel transtuliſſe et aliunde et ex Gel-

lio lib. XIII. c. 18. ſatis conſtat. Quod quidem exemplis duobus perquam aptis illuſtrare iuuat, et verſu Aeſchyl. adv. Theb. 62.

Σὺ δ', ὥστε ναὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος

et Eurip. Med. 523.

ἀλλ', ὥστε ναὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον.

Neque vero omittendus Archilochus, iram ſuam liberrime prodens verſibus, quos a Theophilo ſeruatos Trochaicos ita ordinandos eſſe opinor

— — — — — ἓν δ' ἐπίσταμαι μέγα,
τὸν κακῶς τι δρῶντα δεινοῖς ἀνταμεί-
βεσθαι κακοῖς.

Quae Pindarus Pyth. II. (in quo carmine plura ex Archilocho translata nuper amiciſſimus Huſchke ſagaciſſime coniecit) imitatione expreſſiſſe videri poteſt v. 153.

φίλον εἴη
φιλεῖν· ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἅ-
τ' ἐχθρὸς ἐὼν, Λύκοιο δίκαν, ὑποθεύ-
σομαι,
ἄλλ' ἄλλοτε πατέων, ὁδοῖς σκολιαῖς.

En animi nobilitatem, qua et Medea Euripidea v. 805. ſe iactat

βαρεῖαν ἐχθροῖς, καὶ φίλοισιν εὐμενῆ. Hactenus Tragicum δράσαντι γάρ τι fcribere potuiffe, fatis, credo, probauimus; quae quidem fcriptura, praefertim cum τοι et τι faepiffime a librariis commutata deprehendas, aliis fortaffe verior videatur, mihi non item, qui Aefchyli orationem perceptam habeam. Praeterquam enim quod particula τοι aeque atque ἄρα, in gnomis fatis Tragicis familiaris, hoc nomine fe tuetur, et particulae γάρ τοι coniunctae ad certitudinem rei magis vrgendam faciunt, δρᾷν apud Aefchylum in deteriorem partem dictum fignificat, *fcelus committere.* Quem quidem peculiarem loquendi vfum probabimus ex fplendidiffimis verfibus Choeph. 304 fqq., quos vel propter fententiae fimilitudinem integros apponere iuuat,

Ἀλλ᾽ ὦ μεγάλαι Μοῖραι Διόθεν
τῇδε τελευτᾷν,
ᾗ τὸ δίκαιον μεταβαίνει.
Ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ
γλῶσσα τελείσθω, τοὐφειλόμενον
πράσσουσα Δίκη μέγ᾽ ἀϋτεῖ,

Ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν
πληγὴν τινέτω. Δράσαντι παθεῖν,
τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

Ita, cum Aldina et Robortelli editio variis librariorum vel operarum vitiis laborent, quae Schützius proferre neglexit, altera δίκης, altera vero δίκην μέγαν τι pro δίκη μέγ᾽ αὔτεῖ exhibente, primus Turnebus hunc locum exprimendum curauit. Itaque, cur Schützius τάδε pro τῆδε repoſuerit, ſcripturam editionum principum fide et Glasg. editoris auctoritate, qui recte, Schützio non animaduertente, ita edidit, firmatam, adſpernatus, haud ſatis video. Et tamen Bothium in erroris ſocietatem facile traxit. Sed hoc leue eſt prae peruerſa illorum explicandi ratione, de qua videamus. Cum Oreſtes, ſe vltionem certiſſimam patris necati ab interfectoribus exacturum, affirmaſſet, Chorus ei ſucceſſum et Parcarum auxilium apprecatur, eumque inimicos pari ſupplicio remuneraturum eſſe ſperat. Quae ſententia vt facile erui poterat, ita ſingula parum accurate excuſſa video. Verba

enim, ἀλλ' ὦ μεγάλαι Μοῖραι Διόθεν τῇδε τελευτᾶν, ᾗ τὸ δίκαιον μεταβαίνει, vertunt interpretes illi doctiſſimi.

At, o magnae Parcae, Jovis nutu hac via finite, qua iuſtitia incedit. Infinitivum igitur τελευτᾶν imperatiui loco poſitum accipiunt, quem absque omni neceſſitate Schützius, immemor Notae ad Sept. adv. Theb. 75. olim correxerat. vid. Brunck. ad Apollon. Rhod. IV. 374. Sed ſenſus verborum parum commodus exit. Nonne enim haec frigent: Parcae, interfectores Agamemnonis vlciſcamini via et ratione iuſtitiae? Ita enim Schütz. in commentario verba, ᾗ τὸ δίκαιον μεταβαίνει, explicuit. An Parcas iniuſta ratione interfectores aggreſſuras fuiſſe, Chorus credere potuit? τὸ δίκαιον vero ſignificare iuſtitiam, vt interpretibus credam, numquam mehercule adducar. Denique, μεταβαίνειν pro βαίνειν poſſe per *incedere* reddi, vellem Viri docti exemplis probaſſent. Nam licet, verba compoſita eandem vim habere, vt ſimplicia, quod dicunt, iterum iterumque inculcatum re-

periam, (ne illa regula interpretes et ſe ipos in prauum abſtrahi patiantur et tirones abſtrahant!) hoc certe loco id praeſidium admittendum eſſe nego. Itaque, locum ita conſtruendum atque explicandum cenſeo: Ἀλλ' ὦ μεγάλαι Μοῖραι, Διόθεν (δότε Ὀρέστην) τελευτᾶν τῇδε, ᾗ (Ὀρέστης) μεταβαίνει τὸ δίκαιον; quae ita verterim: *At o magnae Parcae, a Jove conſtitutae, detis, vt, qua via ad iuſtam poenam ſumendam aggreditur Oreſtes, ea conſilium exſequatur.* Ad verbum igitur τελευτᾶν, quod ad Oreſtem ipſum, non ad Parcas trahendum, δότε ſuppleo, ellipſi in precibus ſatis frequenti. Sept. adv. Theb. 238.

θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν.

vbi Schützius in commentario p. 251. ſupplendum eſſe θελήσητε, vel ſimile, ponit cum Schol. et Burtono, quod, quamquam ibi ferendum, huic tamen loco vix aptum. Quam ellipticam rationem cum Bothe non teneret, mirum in modum totum iſtum locum deprauauit. In veteribus enim libris recte, vt omnes, Aldum

et Turnebum fecutos, edidiffe video; inde a verfu 235. haec leguntur:

χορος.

ὦ ξυντέλεια, μὴ προδῷς πυργώματα.

ἐτεοκλης.

οὐκ ἐς φθόρον σιγῶσ' ἀνασχήσει τάδε;

χορος.

θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν.

Hanc partem diuerbii, vbi chorus, timore hoftium perterritus, ad deos conuerfus, calamitatem a ciuitate feque deprecatur, rex vero trepidationem et fupplices preces fruftra increpat, dum corrigere voluit, ita corrupit:

χορος.

ὦ ξυντέλεια, μὴ προδῷς πυργώματα,...

ἐτεοκλης.

οὐκ, ἐς φθόρον, σιγῶσ' ἀνασχήσει τάδε;

χορος.

θεῶν πολιτῶν, μή 'με, δουλείας τυχεῖν!

quam correctionem ita in notis defendit: "V. in πυργώματα finitur oratio, quam interpellari ab Eteocle, et obfcuritas τοῦ ξυντέλεια demonftrat (nefcias enim, πανήγυρις deorum intelligatur, an militum),

et insolita ellipsis in versu 224 (238), qui v. sic legitur: θεοὶ πολῖται, μή με δ. τ. Iam θεῶν πολιτῶν pertinet ad ξυντέλεια et προδῷς subintelligendum est." Audaciam tuam magnam quomodo tuearis, accepimus. Sed fac verbum ξυντέλεια obscurum videri, fac ellipsin in τυχεῖν esse ignotam vel, vt tu appellas, insolitam; quid tum? Haec, Chori ab Eteocle orationem interpellari, vel tantillum demonstrant? Haec iam te ad emendationem temere audendam, quid quod textui invehendam, permouere valent? Animum igitur non aduertis ad contortam structuram, qua verba θεῶν πολιτῶν (perperam expressum πολίτων.) ad ξυντέλεια trahenda contendas? Oratio enim, animis vel feruentissimis in diuerbio interrupta, iusto deinde fere deducitur ordine. Sophocl. Ai. 107 – 110.

Αθηνα.

πρὶν ἂν τί δράσῃς, ἢ τί κερδάνῃς πλέον;

Αιας.

πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκίου στέγης —

Αθηνα.

τί δῆτα τὸν δύστηνον ἐργάσει κακόν;

Αιας.

μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ.

Eurip. Med. 693–97.

Αιγευς.

ἦπε τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;

Μηδεια.

σαφ' ἴσθ'· ἄτιμοι δ' ἐσμὲν οἱ πρὸτȣ φίλοι.

Αιγευς.

πότερον ἐρασθεὶς, ἢ σὸν ἐχθαίρων λέχος;

Μηδεια.

μέγαν γ' ἔρωτα· πιστὸς ȣκ ἔφυ φίλοις.

quorum in vltimo verſu leue eſt, quod moneam de interpunctione et iunctura, quae vt nunc ſunt, ad μέγαν γ' ἔρωτα ſupplendum erit: ἐρασθεὶς τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε. Sed Medeam, cum in priore verſu ad verba Aegei orationem haud compoſuiſſet, hic ſimul ad priorem reſpicere nec veriſimile eſt, et verba πιστὸς ȣκ ἔφυ φίλοις haud bene antecedentibus iuncta facile animaduertis. Melio-

rem igitur interpunctionem ponendam esse censeo:

μέγαν γ' ἔρωτα, πιστὸς ἔκ ἔφυ φίλοις.

ita vt ad ἔρωτα ex proximo priore versu participium ἐρασθεὶς repetitum cum ἔφυ iungatur. vid. eiusdem dramatis v. 603-8. 744-50. et Pers. Aeschyl. 733-36. Deinde ex correctione ista infinitivus τυχεῖν nihil habet, vnde commode pendeat. At vero ambiguitas verbi ξυντέλεια, quam acute sibi eruisse est visus, nulla est, nec quemquam praeter istum, de militibus cogitare hoc loco posse mihi quidem est persuasissimum, cum chorus, in Cadmea in medio templorum constitutus, iam et supra 195-200. precibus sollicitis a diis auxilium, idque ab iis solis expectandum v. 202, expetiisset, nec in sequentibus ipsius regis minis a superorum veneratione deterreatur. Vulgatam igitur, quam Schützius bene explicuit et illustrauit ex v. 204. θεῶν πανήγυρις, tenendam censeo et Bothio esse relinquendum commentum suum, scilicet artem singula verba ex contextu interpretandi

ignoranti. Hunc enim virum, ſi laudavero Horatium lib. 1. c. 2, 21.

audiet ciues acuiſſe ferrum
quo graues Perſae melius perirent.

et lib. 2. 1, 1. ſqq.

Motum ex Metello conſule ciuicum,
bellique cauſas, et vitia, et modos,
ludumque fortunae, grauesque
principum amicitias.

(quem vltimum locum male tractauit Doeringius) in verbo *graues* ambiguitatis poëtam Venuſinum accuſaturum, nullus dubito. Crimen denique inſolitae ellipſeos, quod vulgatae intulit lectioni, et locus Choephorarum, quem tractamus, diluit, et Brunck. ad Sophocl. Oed. R. 193. cuius exempla transſcribere haud iuuat, optime diſſoluit. In Choephorarum igitur loco me recte ſuppleuiſſe, ſatis, credo, demonſtraui. Iam caetera expediamus. τελευτᾷν abſolute poſitum, eſt *conſilium exſequi*, *rem*, adeoque h. l. *caedem perficere*. Hunc vſum loquendi, praeterquam quod τελεῖν ita ponitur Aeſchylo Sept. 35. εὖ τελεῖ θεός, et Sophocli in

Elect. 1417. τελῦσ' Ἀραί, de quo infra monebimus et in Trachin. 825, ipſe confirmat Porſ. 734.

πῶς τε δὴ καὶ ποῖ τελευτᾶν; ἔστι τίς σωτηρία;

Ita hunc locum cum editore Glas. reſtituerim, qui ita pro vulgata: ἔστι τις σωτηρία, dedit, ſecutus Aldinam, niſi quod ἔστι pro ἔστιν ad metri rationem reſcripſit, quod iam Turnebus correxerat, qui item τίς habet. In Robortell. male τὶς. Schützius neque has lectiones in Var. lect. recte dedit, et in minori editione Glasg. prorſus oblitus eſt. — Ceterum abundantiam in πῶς καὶ ποῖ firmatam video Prometh. 875.

ὅπως δὲ χώπῃ, ταῦτα δεῖ μακρῦ λόγυ εἰπεῖν. —

μεταβαίνειν τι eſt *accedere ad rem faciendam, comparandam etc.* μεταβαίνειν τὸ δίκαιον igitur de Oreſte ſignificat *aggredi ad iuſta peragenda* h. e. *ad iuſtam poenam ſanguinis paterni ab interfectoribus expetendam.* Hac ſignificatione praepoſitio μετὰ, verbis motum

significantibus iuncta, haud raro vsurpatur. Soph. Elect. 1386. de Furiis

βεβᾶσιν ἄρτι δωμάτων ὑπόστεγοι
μετάδρομοι κακῶν πανȣργημάτων
ἄφυκτοι κύνες.

Hom. Od. α, 182.

νῦν δ᾽ ὧδε ξὺν νηῒ κατήλυθον ἠδ᾽ ἑτάροισι,
πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον ἐπ᾽ ἀλλοθρόȣς ἀνθρώπȣς
ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν.

Eurip. Med. 5.

ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος
Πελίᾳ μετῆλθον. cf. Pindar. Pyth. IV, 121. et Theocr. 13, 16. — Ceterum cum verbis τȣ̓φειλόμενον πράσσȣσα Δίκη μέγ᾽ ἀϋτεῖ mirum in modum actum est, et Schützio in versione τȣ̓φειλόμενον πράσσȣσα negligente, quippe qui vertat: *Iustitia nimirum magna voce clamat: maledicentia maledicentiae, caedes caedi retribuatur;* et Bothio hac versione, cum verba Δίκη μέγ᾽ ἀϋτεῖ ab initio collocata haud animaduertisset, decepto, vt illa Δ. μ. α. bis reddiderit: *Iustitia nimirum*

magna voce clamat: "Maledicentia quidem maledicentiae retribuatur," debitum exigens alta voce iuſtitia clamat, "caedi vero caedes." — His notatis cum Heathium inſpexiſſem, numquid meorum occupaſſet vel meliorem medicinam protuliſſet, hunc, explicatione ſingulorum omiſſa, ſententiam loci ita conſtituiſſe video: *At o magnae Parcae, ſortiantur a Jove flagitia haec exitum, qui ſimilitudinem quandam habeat cum modo, quo ius fasque tranſilierunt.* Ita ſaepe interpretes, in verbis ſingulis haerentes, totius loci, quam ex ſeſe promtam auctori affinxerunt, ſententiam proponere miratus ſum. Nam praeterquam quod et ſupplendo et diuinando hunc ſenſum vix ac ne vix quidem exſculpere potui, ius fasque tranſilire Graece non eſſe *μεταβαίνειν τὸ δίκαιον, ſed περᾶν τὸ δίκαιον*, vel *παρέξερχεσθαι τὸ δίκαιον* vel ſimile quid, vere ponere mihi videor.

Non magis in ſenſum alterius loci, vnde illam ſignificationem verbi *δρᾶν*, Aeſchylo fere propriam, probatum ibimus, inter-

pretes penetrasse video. In Agamemnone enim, cum Clytaemnestra, maritum occisum se iusta solemnique sepultura adfecturam negasset, hancque contumeliam acerbissimo sarcasmo cumulasset, Chorus haec subiicit v. 1552–1557.

Ὄνειδος ἥκει τόδ' ἀντ' ὀνείδους·
δύσμαχα δ' ἔστι κρῖναι.
φέρει φέροντ', ἐκτίνει δ' ὁ καίνων.
μίμνει δὲ μίμνοντος ἐν χρόνῳ Διὸς
παθεῖν τὸν ἔρξαντα.

In quibus quod Schützius verba: ὄνειδος ἥκει τόδ' ἀντ' ὀνείδους ita explicuit: Probrum hoc succedit probro, i. e. multis aliis improbe factis ac dictis nouum illud additur, acerbum scil. in maritum dicterium v. 1564 sqq., quam recte id fecerit, viderit ipse. Ego certe ad eius partes non accedo. Nam haec eius explicatio secundum Graecae lingae indolem exigeret ὄνειδος ἐξ ὀνείδους; particulae vero ἀντὶ ea est subiecta notio, vt neutiquam, si quis rem rei addit, sed potius, si alter alteri rem pro re tribuit, tunc tantum poni posse arbitrer. Sensus igitur illo-

rum verborum hic eſt: haec contumelia venit pro contumelia, i. e. hoc probrum Clytaemneſtra Agamemnoni infert pro probro. Ad ἥκει ſupple Ἀγαμέμνονι. Ὄνειδος vero, quod reginam coniugi iuncturam eſſe Chorus aegre fert, ad funeris ſolemnia ſpectat, a Clytaemneſtra ſuperiori oratione 1547. regi denegata; quo autem ille probro Iphigeniam adfecerat, hoc vocabulo ὀνείδους deſignatur. Cum vero Agamemnonem malefactorum, quae ſupra 219 ſqq. libere improbauerat, poenas luiſſe haud diſſimulaſſet, easdem ſcelerum ſuorum reginam in poſterum eſſe redditurum, obſcure vaticinari non dubitat. Quam vaticinationem quomodo inuoluerit, iam explicemus, hunc ordinem verborum ſtatuentes: κρῖναι δὲ [περὶ τούτου ὀνείδους] ἔστι δύσμαχα, *de hoc vero probro Clytaemneſtrae diuinare eſt difficile.* κρίνειν verbum proprium de diuinatione ex ſomniis vid. Choeph. 537. Perſ. 225., apud Aeſchylum *diuinare* ſignificat Perſ. 224.

Εὖ δὲ πανταχῆ τελεῖν σοι τῶνδε κρί-
νομεν πέρι.

quem verſum ita conſtruendum puto: κρίνομεν δὲ πανταχῆ περὶ τῶνδε, [τὸν Δαρεῖον] εὖ τελεῖν σοι. Nam ſtructurae, ab Abreſchio propoſitae, huic: κρίνομεν [τὸν Δαρεῖον] εὖ τελεῖν σοι περὶ τῶνδε, quamquam a Schützio comprobatae, conſtructio verbi τελεῖν, accuſativum poſtulantis, refragatur. At κρίνειν cum περὶ et genitiuo iungi poſſe, et conſtructio verbi μαντεύεσθαι Pind. Ol. VI, 64.

μαντευσόμενος
ταύτας πέρ' ἀτλάτε πάθας.

et vocis τερασκόπος Choeph. 547.

τερασκόπον δὲ τῶνδέ σ' αἱρεῦμαι πέρι.

ſatis probant. Sequitur hinc me et in Agamemnone recte περὶ τούτου, ſuppleuiſſe et in Perſ. 517.

ὦ νυκτὸς ὄψις ἐμφανὴς ἐνυπνίων,
ὡς κάρτα μοι σαφῶς ἐδήλωσας κακά.
ὑμεῖς δὲ φαύλως αὐτ' ἄγαν εκρίνατε.

pariter ad ἐκρίνατε ſupplendum eſſe ex antecedentibus περὶ ἐνυπνίων vel ἐνύπνια. Nam in vulgata αὐτ' ἄγαν, non eſt,

quod acquiescas. Vel ταῦτ' ἄγαν cum Mosqu. reponendum, vel αὖτ' ἄγαν, quod praetulerim, vtpote ex Aldina profectum et Robortello, Schützio non obseruante. Turnebus enim vulgatae est auctor. Ne vero male te habeat, quod inter δὲ et αὖτε vocabulum aliud intercedit, similiter in Theocr. XII, 14.

τὸν δ' ἕτερον πάλιν ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς
εἴποι ἀΐταν,

δὲ a πάλιν per ἕτερον seiunctum reperi. Sic alias particulas modo iunctas, interdum seiunctas videas.

Exemplum in μέντοι γε vide apud Hermannium in Adnot. ad Viger. p. 800. Cui addiderim Homeri Odyss. I, 222.

οὐ μέν τοι γενεήν γε θεοὶ νώνυμνον ὀπίσσω θῆκαν. et Thucyd. I, 3. Sic μέντοι aliqua vocula interruptum notauit Schützius in Hoogeueen de Particulis p. 365. — Sed ad Agamemnonem redeo, vbi in δύσμαχα pro δύσμαχον vsus loquendi est declarandus, ex quo Attici scriptores Neutrum adiectiui in Plurali positum cum infinitiuo verbi copulare consueuerunt.

Praeter Thucydidem, vbi haud raro illam loquendi rationem me legere memini, vid. Gottleb. I, 1. p. 5. huc facit Sophocl. in Philoct. 524.

Ἀλλ' αἰσχρὰ μέντοι σοῦ γ' ἐμ' ἐνδεέστερον
ξένῳ φανῆναι πρὸς τὸ καίριον πονεῖν.

a quo loco alienus est vſus Pluralis in παλαιὰ Philoct. 493, quem Brunck. laudauit. Imo res melius erat declaranda ex Trachin. v. 495.

κενὸν γὰρ οὐ δίκαιά σε
χωρεῖν, προσελθόνθ' ὧδε σὺν πολλῷ στόλῳ.

Adde Euripidis Medeam v. 125.

τῶν γὰρ μετρίων πρῶτα μὲν εἰπεῖν
τοὔνομα νικᾷ, χρῆσθαί τε μακρῷ
λῷστα βροτοῖσιν.

et Sophoclis Oedipum Tyr. v. 1409.

ἀλλ', οὐ γὰρ αὐδᾶν ἔσθ', ἃ μηδὲ δρᾶν καλά.

Καλά enim, quam lectionem Stobaeus Ἀνθολ. p. 338. ed. Schow. ſeruauit, pro καλὸν reſcripſerim. Senſus igitur hic eſſe videtur: *Haud facile poſſis praedicere, an ſceleris poenam datura ſit regina.* Iam ſubſequitur haec ſententia: Sed cum experientia, maleficum maleficia luere, ſatis

doceat, eſt veriſimillimum, neque illam poena vacaturam. Sed hanc Aeſchylus ſuo more tecte expreſſit, ponens ſententiam generalem φέρει φέροντ᾽, ἐκτίνει δ᾽ ὁ καίνων, auferentem aufert, poenam vero luit idem, qui interfecerat, vt Schützius bene vertit, verum male in commentario φέροντα ad Agamemnonem, φέρει autem ad Clytaemneſtram et Aegisthum referens, vtpote qui ſententiarum ordinem non perſpectum haberet. Sed in φέρει eſt τις omiſſum, vt in Choeph. 311. et alibi. — φέρειν auferre, proprie de rebus, quas ereptas tollimus, vt in Septem 337.

ξυμβολεῖ φέρων φέροντι
καὶ κενὸς κενὸν καλεῖ.

Vſurpatur etiam de vi neceſſitatis, quae abripit. Ita Palladas in Anthol. Graec. T. 3. p. 135.

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρȣ.
εἰ δ᾽ ἀγανακτεῖς
καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε
φέρει.

quem locum Brunckio ad Sophocl. Oed. Colon. 1694 acceptum refero. — Erat

igitur, quod Aeſchylus, cui multa noua debemus, ſignificationem verbi φέρειν nouaret, vt pro *tollere e medio* accipiendum ſit vt *ferre* ap. Virg. Aeneid. IV, 679.; niſi forte malis ſtatuere, imaginem petitam eſſe a captiuis abducendis, vt verbo φέρειν poteſtas verbi ἄγειν, quod item pro φέρειν ponitur apud Sophocl. in Elect. 119., ſubiecta eſſe cenſeatur vid. Septem 325. Tum poeta hac peculiari ſententia, cui alteram commode annectas: *interfector vero poenam luit*, iuſtitiae poteſtatem, illudque: *ſceleſtus ſcelera luit*, declarare voluiſſet. Et hanc quidem opinionem locus in Choeph. 307 ſqq. ſupra memoratus, vbi ſimiliter iuſtitiae de poenis malefactorum repetendis laudes celebrantur, ſatis firmare videtur. Vtrum placet, ſumite, vel acutiores meliora afferte ad locum intactum ſeruandum, quem Bothe coniectura, vt facili, ita haud neceſſaria et incommoda, φέρει φέρον σε tentauit. Hanc enim emendationem neque ſententiarum ordo, neque indoles

linguae ferre mihi videtur. Nam ſi φέρον pro ἀνάγκη ponitur, articulus τὸ abeſſe nequit. —

Iam vero adpoſitam vides ſententiam

μίμνει δὲ [γὰρ] μίμνοντος ἐν χρόνῳ
Διὸς παθεῖν τὸν ἔρξαντα,

qua haec, quae de ſceleſtiorum poenis poſuerat, Iouis nutu atque poteſtate adminiſtrari Aeſchylus docet. Sed vt de ſenſu horum verborum conſtat, ita in verbis ipſis enucleandis haerent nouiſſimi interpretes; quorum quidem alter, Schützius in Varietate lectionis coniecturam ἐν θρόνῳ pro ἐν χρόνῳ iecit, adeo de ſuae ſuſpicionis veritate certus, vt in Com. ad Choeph. v. 310. p. 47. illam tamquam vulgatam et veram lectionem laudare nullus dubitauerit; alter vero, Bothe, ἐγχρόνῳ Διὸς textui inuexit. Sed quidnam tandem eſt, quod in verbis ἐν χρόνῳ adeo displiceat, vt quiduis aliud tentare, inferre illi malint, quam lectionem veterem immotam relinquere? De rationibus arbitrii, cuiquam ſcilicet perito facile eruendis, ipſi tacuerunt. —

Agedum vero, quo integrum iudicium feramus, paucis caussam cognoscamus, qua ne cadant, ipsi videant, qui, in lectione antiqua vitia indagasse sibi visi, quibus difficultatibus ipsorum rationes premantur, non animaduerterunt. Qualis enim haec est locutio *μίμνειν ἐν θρόνῳ*? Cuius vnum tantum apud scriptorem veterem exemplum monstrari velim. Bothii vero Iupiter *ἔγχρονος*, quid sibi velit, nec ipse declarauit, neque me intelligere fateor. Equidem vt a librorum lectione recedam, adduci nequeo, tantum vt verba ita construantur: *παθεῖν δὲ μίμνει τὸν ἔρξαντα ἐν χρόνῳ; Διὸς μίμνοντος*: *poena enim, si quis facinus fecit, eum olim manet, Iove incolumi.* Coniunctionem verborum *παθεῖν μίμνει τὸν ἔρξαντα* satis tuentur et Prometh. 604.

Ἀλλά μοι τορῶς τέκμηρον,
ὅ τι μ᾽ ἐπαμμένει παθεῖν.

et Pers. 805.

Οὗ σφιν κακῶν ὕψιστ᾽ ἐπαμμένει παθεῖν,
ὕβρεως ἄποινα κἀθέων φρονημάτων.

Cf. Eumen. 531.

Schützius *μίμνει* haud bene *manebit quoque lex* vertit, nec felicius *ἐν χρόνῳ ſemper*. *ἐν χρόνῳ* eſt tempore, olim. Eumenid. 488. — Iuſtitia enim plerumque non ſtatim ſceleſtum vlciſcitur, vt Aeſchylus monuit in Agamem. 459

κέλαι —
καὶ δ᾽ οὖν Ἐριννύες χρόνῳ
τυχηρὸν ὄντ᾽ ἄνευ δίκας
παλιντυχεῖ τριβᾷ βίου
τιθεῖσ᾽ ἀμαυρόν.

vbi Schützius verbum *χρόνῳ* male ad *τυχηρὸν* traxit, vertens: hominem diu absque iuſtitia fortunatum. *χρόνῳ*, ad *Ἐριννύες τιθεῖσ᾽ ἀμαυρὸν* pertinens, idem eſt ac *ἐν χρόνῳ* tempore, vti in Choeph. 925.

Ἔμολε μὲν δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ,
βαρύδικος ποινά.

quamquam ibi interpretes *χρόνῳ* reddunt *per longum tempus*. Haud igitur erat, cur viri docti apud Stobaeum Eclog. Phyſ. lib. I. C. IV. p. 104. in verbis

ὁρῶ γὰρ χρόνῳ
Δίκην ἅπαντ᾽ ἄγουσαν εἰς φάος βροτοῖς.

ἐν χρόνῳ reponerent. Nam metrum certe hac emendatione haud indiget. Locum vero, edit. Glasg. praeeunte, nulla interpunctione diſtinguendum puto, qualia multa apud Veteres deprehendas. Horat. 1. c. 15.

Paſtor cum traheret per freta nauibus
Idaeis Helenen perfidus hoſpitam,
ingrato celeres obruit otio
ventos vt caneret fera
Nereus fata.

Nam *Nereus* ad *obruit* trahendum. vid. praef. ad Tibull. p. 13. Caeterum Doeringium ad Horat. quin notem, temperare mihi nequeo, qui Aeſchylum male citatum oſcitanter explicuerit. Haec enim iſte: "*Ingrato* moleſto nempe ventis, qui ſunt (vt eos vocat Aeſchyl. Agam. 201.) κακόςχολοι, et ſtrepitum facere, quam ſilere malunt." Nihil hac explicatione inconſideratius dixeris. Nam. in Aeſchylo 193.

Πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι
κακόσχολοι, νήστιδες, κ. τ. λ.

venti, vt et contextus poſtulat, et Schützius optime expoſuit, κακόςχολοι vocan-

tur, vt qui ingratum otium Graecis, navigare cupientibus, afferrent. —

Nec in Ovid. Faſt. I, 147.

Sumſi animum, grateſque Deo non territus egi,
Verbaque ſum ſpectans pauca locutus humum.

poſterior verſus diſtingui poteſt. — Διὸς μίμνοντος dum Iovis imperium manebit, vel, vt Horatiano vtar lib. 3. c. 5. 12., incolumi Iove, quae explicuerim: Iove imperium tenente, vtpote deo tutelari Romae cf. IV, 15, 6. — Caeterum Iovi h. l. malorum poena tribuitur, quam alibi Iuſtitiae Δίκῃ, τῇ παρέδρῳ Iovis, exigendam demandat Aeſchylus, vt in Agamem. 247.

τέχναι δὲ Κάλχαντος ὀυκ ἄκραντοι.
Δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσι μαθεῖν
ἐπιῤῥέπει τὸ μέλλον. —

quae verba cum verear, ne interpretum opera nihil fere lucrata ſint, vt difficilia, excutere non refugio, quamquam de iis nihil definire auſim. Chorum ſuſpicio inceſſerat et metus, ne Agamemnoni ob interfectam filiam mala

euenirent ex Calchantis vaticinatione, quem aperte produnt verba τέχναι δὲ Κάλχαντος ἐκ ἄκραντοι h. e. τέχνη δ. Κ. ἀψευδής; qua generali ſententia hanc mentem contineri video: Ne vero Agamemnoni mala pro illo ſcelere impendeant, cum Calchas vates ſit certus, magnus mihi eſt metus. Adponit iam commode ſententiam alteram: Homines mala, quae immineant, patiendo comperire; nec iucundum eſſe, hanc ſortem futuram praeſciſcere. Cuius quidem priorem partem his verbis:

Δίκα δε τοῖς μὲν παθῦσι μαθεῖν ἐπιῤ-
ῥέπει τὸ μέλλον.

incluſam vere mihi augurari videor. Sed ita verba ordinanda: Δίκα δὲ ἐπιῤῥέπει τοῖς μὲν παθῦσι μαθεῖν τὸ μέλλον, h. e. Iuſtitia vero hominibus, mala patientibus, h. e. mala patiendo id, vt ſortem futuram cognoſcant, appendit. ἐπιῤῥέπει i. e. tribuit νέμει, cum delectu poſitum. Nam iuſtitiam quaſi lances ſuſtinentem, et poenam aequam pro factis iuſte rependentem hoc verbo

adumbrat. — τοῖς μὲν παθȣ̃σι. πάσχειν igitur absolute dictum significat *mala perpeti*, vt locis supra ex Tragico explicitis Choeph. 311. Agam. 1556. Ita lucem accendere tentaui versibus obscuris, quos interpretes, vt fit, versionum ambagibus et explicandi contentione obscuriores etiam reddiderunt. Nam, vt Pauwium et Heathium mittam, Schützius mirum quantum hic hariolatus est, vertens: Iustitia vero iis, qui mala perpetrarunt, feram ex euentu futuro sapientiam appendit, hoc ordine verborum constituto: δίκη αὐτοῖς ἐπιῤῥέπει τὸ μέλλον τοῖς παθȣ̃σι μαθεῖν. Sed vnde αὐτοῖς? quis est, qui παθεῖν significare *mala perpetrare*, doceat? Inductus scilicet est ad hanc sententiam constituendam loco, quem Heathius ei monstrauerat, 176.

τὸν [ζῆνα] φρονεῖν βροτȣ̀ς ὁδώ-
σαντα, τὸν πάθει μάθος
θέντα κυρίως ἔχειν.

Nec maiorem diligentiam in varietate lectionis enotanda posuit Schützius. Nam Ald. cum Turnebo habet δίκα δύς

τοῖς μὲν κ. τ. λ. at perperam, quaſi δυσπαθεῖν ſeparari queat. Errori occaſionem dediſſe videtur vſus verbi παθεῖν. Necdum diximus omnia. Nam in Aldo, etſi res leuis, legitur v. 251. ἀνηλύοις et 253. σὺν ὀρθὸν aeque vt in Turnebo, et 254. omnes, non vnus Turnebus, exhibent τὄτοισιν. Victorius primus correxit τὄτοις. —

Caput 3.

De Aeschyli fragmentorum apud Stobaeum dispositione et sensu disputatur. ἄλλος praeterea. Emendatur poëtae incerti fragmentum apud Stobaeum. De constructione verborum, quibus excellendi notio inest, quaeritur. Larcher ad Herodotum notatus. Actiua an pro passiuis? De Euripid. Phoeniss. 488. disputatur. Sophocles in Elect. 47. Aeschylus in Prometh. 150. Tacitus in Annal. III. c. 62. defensi. 'Αρὰ exarandum in Sophocl. Elect. 1417. Oed. T. 418. in Aesch. Sept. 680. De vocabulis 'Αρὰ 'Ερινὺς Νέμεσις c. gen. constr. — δηλόω, φαίνω, σιμεῖα φαίνω c. participiis. —

Τό τοι κακὸν ποδῶκες ἔρχεται βροτοῖς.
κεῖτ' ἀμπλάκημα τῷ περῶντι τὴν θέμιν.
ὁρᾷς Δίκην ἄναυδον, οὐχ ὁρωμένην
εὕδοντι καὶ στείχοντι καὶ καθημένῳ·
ἑξῆς δ' ὀπηδεῖ δόχμιον, ἄλλοθ' ὕστερον.
οὐδὲν καλύπτει νὺξ κακῶς εἰργασμένων,
ὅτι δ' ἂν ποιῇς δεινόν, νόμιζ' ὁρᾶν τινα.

Hi verſus illum, quem ex Stobaeo depromtum ſupra illuſtrauimus, ibidem p. 118. ſequentes, vtrum inter ſe cohaereant, necne, a viris doctis fuit quaeſitum. Atque id, quod apud Theophilum etiam l. c. c. 54. continua ſerie leguntur, parum morati, eos disiungendos eſſe ſtatuerunt diuerſi, pars, primum verſum ſententiam per ſe abſolutam continere, item et alterum, deinde tres ſequentes iungendos, indeque duos poſtremos eſſe ſeparandos, contendentes, alii verba ὁρᾶς εἰργασμένων continuantes, ita vt vltimus inde diuelleretur. Hanc viam, Grotio praeeunte, ingreſſi ſunt, qui fragmenta Aeſchyli ediderunt, niſi quod vltimus verſus temere ab omnibus eſt omiſſus; illud Heerenio placuiſſe video. Sed, tantis viris quamuis obloqui verear, quinque tamen priores apte cohaerere, periculum faciam, an demonſtrare ſimulque Aeſchylo lectionem ſuam reddere poſſim: Nam κεῖτ' ἀμπλάκημα eſt Grotii emendatio, pro καὶ τἀμπλάκημα, cui omnes locum dederunt, licet ſenſus,

quem Aeſchyli editores ſubiecerunt; *peccat, qui ius negligit*, vehementer langueat. Heerenii verſionem *manet culpa eum, qui offendit iuſtitiam*, quae eius hos verſus disiungendi eſt ratio, cum verbum κεῖσθαι de legibus, poenis, et ſi quae alia conſtituta et fixa ſint, commode dicatur, probarem, ſi modo idoneo exemplo demonſtraſſet, ἀμπλάκημα eſſe culpam. Saltem ei vertendum fuiſſet: *crimen peccati*, cum verbis nonnullis criminis notio adiuncta eſſe videatur. Ita Antigone cum in Sophoclis dramate cognomine V. 924. dicat

τὴν δυσσέβειαν εὐσεβȣ̃σ' ἐκτησάμην.

vertendum eſſe: *impietatis crimen pie agendo contraxi*, facile vides; Brunckius vero: impietatis poenas pie agendo nactus ſum. In verbis Medeae apud Euripidem V. 219.

οἱ δ' ἀφ' ἡσύχȣ ποδὸς
δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.

ῥαθυμία eſt *inertiae crimen*, vti ἀργία V. 298.

χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀργίας,
φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.

vbi lectionem ἄλλης recte retinuiſſe editorem Glasg. cenſeo, non quod pleonaſtice dictum illi concedam, ſed vſu loquendi rariore poſtulante, ex quo ἄλλος ſit reddendum *praeterea*. Verte igitur Medeae verba: Nam grauem ciuium inuidiam ſibi conflant, vt id omittam, quod praeterea inertiae crimine onerantur. Haec, quae de voce ἄλλος poſui, confirmantur Sophocle in Philoct. V. 38. vbi Neoptolemus haec ad Vlyſſem:

ἰοὺ, ἰού· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
ῥάκη, βαρείας του νοσηλείας πλέα.

quae Brunckius egregie reddit: *Praeterea* hic ſiccantur panni etc. — Quid igitur eſt, quod, hac explicatione propoſita, emendationem κεῖται requirat? Nihil profecto inuenire poſſis, quod, verbo ἔρχεται ex ſuperiori verſu repetito, in his:

καὶ τἀμπλάκημα ἔρχεται τῷ περῶντι τὴν θέμιν

et peccati crimen obtingit ei, qui ius negligit, per ſe ſpectatis reprehendas et

aegre feras. Sed, hoc verſu priori iuncto, ſententias non bene cohaerere, qui animum diligenter attendent, facile intelligent. Haecque fuit, opinor, cauſa, cur hunc locum tenaciter mutaverint viri docti. Nam cui quaeſo haec placeant: Mala homines celeriter inuadunt, et peccati crimen eum, qui iniuſte agit? At fac, hanc ob cauſam verſus hos eſſe disiungendos, fac, emendationem κεῖται eſſe veram ſiue certam, nihilne eſt, quod te offendat huius verſus ſententia? Equidem vt probarem, a me nulla ratione impetrare potui. Nam Aeſchylum his verbis non de crimine, quod delictis ſibi arceſſant ſcelerati, ſed de poenis, quae illorum peccata maneant, agere, et quod Stobaeus de peccatorum poenis hoc capite diſſerere inſtituit et reliqua, quae ex noſtro et aliis ſcriptoribus congeſſit loca, ſatis declarant et probant. Aliam igitur viam ſequutus, veteri lectione καὶ τἀμπλάκημα ita reſtituta:

τό τοι κακὸν ποδῶκες ἔρχεται βροτοῖς
καὶ τἀμπλάκημα τῷ περῶντι τὴν θέμιν.

hunc verborum ordinem fecerim: *καὶ ταμπλάκημα ἔρχεται ποδῶκες τῷ περῶντι τὴν θέμιν*, et poena peccati ei celeriter obtingit, qui ius negligit. Τὸ *ἀμπλάκημα* esse *poenam peccati*, quam notionem Heerenius etiam requirebat, licet de hac significatione addubitetur, et verbum *ἔρχεται*, cui iunctum est, et trium sequentium versuum sensus, de quibus deinceps agendum est, satis docere mihi videtur. Sensus vero totius loci est: *mala homines celeriter vrgent, et eum, qui iniuste agit, mala inde redundantia.* — Nec improbanda repetitio adiectiui *ποδῶκες*, quamquam in eiusmodi adiectiuorum repetitionem pronus non sum, nec Ernestii, ad Tacit. German. C. 32. p. 570. *excipit filius, non, vt cetera maximus natu, sed prout ferox bello et melior* iungentis *ferox, et melior bello* iudicium probo: Iam vero his versibus tres sequentes connexos et aptos esse, quippe qui causam contineant, probentque, qui fiat, vt iniuste agentes poena celeriter persequatur, facile videbis, praesertim

cum, nisi illos arcte iunxeris, verba quaedam in his nil habere, quo referantur, neque explicari posse planissime me demonstraturum esse in me recipiam. Nam quo tandem participia εὕδοντι καὶ στείχοντι καὶ καθημένῳ referenda putas, nisi ad τῷ περῶντι τὴν θέμιν? Qui quaeso particulae ἑξῆς significatio sua constabit, nisi verbis τῷ περῶντι τὴν θέμιν assumtis? — Quae vt magis pateant, mendo, quod hi versus susceperunt, haud leui liberandi sunt. Nam, vt nunc leguntur, nulla prorsus structura inest verbis ὁρᾷς Δίκην-εὕδοντι: neque quidquam proficitur Heathii interpunctione, qui plene distinguendum post ὁρωμένην, et distinctionem post καθημένῳ tollendam esse censet. Haec vero difficultas facile tolli potest emendatione, cuius laudem Heerenium mihi praeripuisse video. Mihi igitur in mentem venit, legendum esse ἑξῆς ὀπαδεῖν (non ὀπηδεῖν, licet Aeschylum Jonismos haud respuisse constet, nec ἑξῆς ὀπάζειν, quamquam Theophili Codices ὀπάζει prae-

beant) pro ἑξῆς δ' ὀπηδεῖ. Tum ordo verborum: ὁρᾷς ὀπαδεῖν εὕδοντι καὶ στείχοντι καὶ καθημένῳ ἄναυδον, οὐχ ὁρωμένην, δόχμιον ἄλλοθ' ὕστερον. Vides iuſtitiam maleficum, dormientem, euntem, et ſedentem ſtatim perſequi, ſine ſtrepitu, nec conſpici ſe patientem, modo ex transuerſo modo á tergo. εὑδ. κ. στ. κ. καθη. haec participia, vt ſupra monui, ad τῷ περῶντι τὴν θέμιν refer, pariterque verbum ἑξῆς, quod eſt deinceps, continuo, ſtatim vbi quis iniuſte egit. Nam qui cum Grotio faciunt, et ἑξῆς ὀπαδεῖν iungendum putant, vertentes: *proxime ſequi*, vſum loquendi quomodo defendant, videant. Nemo, quantum ſciam, Graeçe ita voculam ἑξῆς poſuit. — Nec felicior fuit Grotius in voce ὕστερον, quod latine reddit: *eminus.* Ille igitur, ſi eius mentem aſſequor, hunc loci ſenſum finxit: iuſtitiam modo celerius modo tardius malos vlciſci. Quam quidem ſententiam paſſim obuiam exprimi potuiſſe, vt illa modo celerius modo tardius ſceleſtum inſequi dicatur, non

dubito, cum et poeta Venufinus III. c. 2, 31, haec cecinerit:

Raro antecedentem fcelestum
deferuit pede Poena claudo.

Cuius loci fenfum cum optime ita: "raro fceleratum poenam effugere," conftituiffet Vir doctiffimus mihique amiciffimus Mitfcherlich, eumque exemplis illuftraffet vberrimis, Doeringius, illius veftigia alioquin preffe fequens, quo errore ibi in prauum abftractus fuerit, exputare nulla ratione potui. Is enim hanc notam verbis *Raro-claudo* adfperfit: "Vulgarem, inquit, fententiam:" fcelestus enim iustam poenam effugere non poteft "fuaviffima imagine expreffit; Poena nempe, vt Dea, (Nemefis? Δίκη) tamdiu fcelestum claudo vel tardo pede fubfequi fingitur, vsque dum eum affecuta eft." Putat fcilicet *raro* et *non* idem fignificare, *claudus* et *tardus* effe fynonyma, Horatiumque Poenae claudum pedem tribuiffe, quo nihilo minus tamen fcelestos affequatur. Praeclarum commentum! — Sed neque ὕστερον Grotii

significatione vsurpatur, et sententia illa, quae Viro doctissimo obuersata esse videtur, in hunc locum non cadit. At ὕστερον et δόχμιον sibi inuicem opposita esse, et positura verborum et ἄλλοτε demonstrat, semel positum, altero ἄλλοτε ante δόχμιον suppresso, de quo notarunt Porsonus ad Euripidis Hecub. 28. et Hermannus in Adnot. ad Viger. p. 768. Aeschylus autem repraesentare voluit Vindictam in malos et semper [εὐδ. κ. στείχ. κ. καθ.] et omnibus partibus [ἄλλοτε δόχ. ἄλλ. ὕστερον] impetum facientem. Quod cum recte vidisset Heerenius, poetam depingere iustitiam mox a latere, δόχμιον, mox a tergo, ὕστερον, incedentem, Grotii versionem emendasset, vellem. — Caeterum, Vindictam clam sceleratum persequi, cum multi alii tum Aeschylus docuit, eoque ἄναυδον ὀπαδεῖν dixit, h. e. tacitis pedibus incedentem, qualem Tibullus Poenam adumbrauit, I, IX, 4.

Sera tamen tacitis Poena venit pedibus,

quae nullo strepitu edito, scelestum in-

vadat, σῖγα στείχουσα, qualem Euripides apud Stobaeum Eclog. Phyſic. p. 116. fecit, vel σῖγ' ἔχουσα, quod in verſibus ſimilis argumenti occurrit, quos, incerto poetae tributos apud Stobaeum p. 108, ita emendandos cenſuerim:

οὐ γάρ τις, οὐδὲ χρημάτων ὑπεργεγώς,
νόμον μιαίνων ἀσφαλῶς γηράσκεται,
ἀλλ' ἡμέρας ἢ νυκτὸς ἡ Δίκη ποτὲ
τῷ δυσσεβοῦντι, σῖγ' ἔχουσ', ἐνήλατο.

Vulgata οὔτε non magis ferenda, quam praua interpunctio poſt γηράσκεται. De verbis vero χρημάτων ὑπεργεγώς, interpretes nil monuiſſe mirum eſt. Equidem hanc conſtructionem concoquere non poſſum, verbaque corrupta eſſe, paucis demonſtrabo. Nam ſi, quod ſenſus loci requirit, verteris: *diuitiis alios longe ſuperans*, genitiuus a verbo ὑπεργεγώς pendere nequit; quippe cum alioquin vertendum ſit: *diuitias longe ſuperans*, vti apparet ex conſtructione et verbi περιγίγνεσθαι Hom. Odyſſ. VIII, 101.

ὡς χ' ὁ ξεῖνος ἐνίσπῃ οἷσι φίλοισιν,
οἴκαδε νοστήσας, ὅσσον περιγιγνόμεθ' ἄλλων
πύξ τε, παλαισμοσύνῃ τε καὶ ἅλμασιν, ἠδὲ ποδέσσιν.

cf. V. 251. et verbi ὑπερβάλλειν Aeschyl. Prom. 922.

ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα,
βροντῆς θ' ὑπερβάλλοντα καρτερὸν κτύπον.

Cuius verbi rariorem constructionem cum genitiuo pluribus illustratam dabit Schützius in Lex. Aesch. Statuenti vero, ὑπερκεγώς esse absolute dictum *excellens praestans*, quemadmodum ὑπερβάλλειν sane occurrit Aeschyl. Pers. 290.

ὑπερβάλλει γὰρ ἥδε συμφορά.

et Euripid. Med. 127.

Τὰ δ' ὑπερβάλλοντ'
οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς.

genitiuus χρημάτων quomodo explicandus sit, non liquet, neque hanc difficultatem praepositionis ἕνεκα vel similis praesidio profligari posse constat. Structura legitima postulat datiuum χρήμα-

σιν, vnde pronum eſt emendare χρήμασιν περιγεγῶς. Nam verba, quibus excellendi notio ineſt, genitiuum rei vel perſonae, cui praeſtas, et datiuum rei, qua praeſtas, poſtulant. Sophocl. Oedip. Tyr. 380.

ὦ πλῦτε καὶ τυραννὶ, καὶ τέχνη τέχνης
ὑπερφέρυσα τῷ πολυζήλῳ βίῳ,
ὅσος παρ' ὑμῖν ὁ φθόνος φυλάσσεται.

vbi Kuinoel ſupplemento ſuo ἐν πολυζήλῳ βίῳ fruatur. — V. 115.

τῇ δ' ἐπιστήμῃ σύ με
πρῦχοις, τάχ' ἂν πυ τὸν βοτῆρ' ἰδὼν
πάρος.

Arrianus Exped. Alexandri l. IX. §. 11. ὁ τῆς πόλεως παντελὴς ἀνδραποδισμὸς, δυνάμει τε καὶ δόξῃ ἐς τὰ πολέμικα (vulgo πολέμια) τῶν τότε πρυχύσης ἐν τοῖς Ἑλλησιν, ὐκ ἔξω τῦ εἰκότος εἰς μῆνιν τὴν ἀπὸ τῦ θεῖυ ἀνηνέχθη. Herodotus I, 1. τό δὲ Ἄργος τῦτον τὸν χρόνον προεῖχεν ἅπασι τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ.

Quem locum, cum perperam editores vertiſſent: "Omnibus ciuitatibus — an-

tecellebat," peius etiam tractauit is, qui Gronovii diligentiam defendendam in ſe receperat, laudatiſſimus Herodoti interpres Gallicus, Larcher, qui, elegantis et facilis verſionis laude parta, leuitatis tamen, vel doctiſſimis Francogallorum propriae, crimine omnino liberari nequit. Hoc enim loco non ſolum ad latinam verſionem ſuam compoſuit, ſed etiam eo progreſſus eſt, vt in notis, ſtatueret *), "τῶν regi a voce ἅπασι, et

*) "Je n'ai deſſein de charger ces Remarques de notes grammaticales, qu'autant qu'elles me paroîtront néceſſaires pour l'intelligence du texte, par ce que la plupart des lecteurs y prendroient trop peu d'intérêt. Je ne puis cependant m'empêcher d'obſerver que dans cette phraſe, προείχεν ἅπασι τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι: τῶν eſt neceſſairement régi par ἅπασι. πολέων étant ſousentendu avec τῶν, comme le prouve Euſtathe ſur le quatre cent dix-neuvième vers de Denys le Périégète, le même mot doit par conſéquent l'être avec ἅπασι. Si aucun Editeur n'en a averti, c'eſt qu'une pareille minutie pouvait à peine arrèter un commençant; et je me ſerois bien gardé de le faire, ſi un ſavant, que je ne dois pas nommer, n'eût pas ſoupçonné Gronovius de peu d'exacti-

πόλεσι tam ad ἅπασι quam πόλεων ad τῶν esse intelligendum." Sed de ἅπασι πόλεσι eadem ille dignus est nota, ac Weiske, qui in Pleonasm. Graec. p. 57. ταῖς πᾶσι πόλεσι tamquam Graecum venditare non dubitauit. Nollem igitur Erfurdt Musgrauio doctissimo tribuisset ad Philoct. Soph. 174. ἐπὶ παντί τῳ χρείας explicationem ἐπί παντὶ χρείᾳ, cum in edit. Musgr. extet ἐπὶ πάσῃ χρείᾳ. Nec licet ἁπάσαις τῶν πολέων reposueris, προέχειν τινι *superare aliquem* Graece dictum esse probaueris. At Graecis, vt loca allata probant, in vsu fuit προέχιν τινες τινι; eoque recte Herodotus posuit: "Αργος προεῖχεν τῶν ἐν τῇ ἑλλάδι — ἅπασι *omnibus in rebus.* — Herodotus I, 61. πολλῶν δὲ μεγάλα παρασχόντων χρήματα,

tude, parce qu'il avait traduit: Omnibus ciuitatibus — antecellebat." Hactenus vir doctissimus, cui, sicut omnibus, qui notas, quas dicunt, grammaticas scribere et legere fastidiunt, semper velim obuersetur, quod vt lepide ita verissime dictum a Rectore quodam accepimus: Grammatica est animal superbum, grauiter vlciscens contemtum sui.

Θηβαῖοι ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων.

Eurip. Alceſt. 642.

ἦτ' ἄρα πάντων διαπρέπεις ἀψυχίᾳ.

His exemplis arbitror planum eſſe, quod innumerabilibus aliis demonſtrari poteſt, verbis χρημάτων ὑπεργεγὼς, nullum plane aptum ineſſe ſenſum. Coniectura vero, quae mihi in mentem venit, ſi forte erunt, quibus ſcriptoris manum non aſſecutus eſſe videar, equidem lubenter concedam, locum aliis acutioribus refingendum demandans. Nam et locum deprauatum oſtendiſſe ſatis eſt et ad poſtremos

οὐδὲν καλύπτει νὺξ κακῶς εἰργασμένων,
ὅ τι δ' ἂν ποιῇς δεινὸν, νόμιζ' ὁρᾷν τινα.

paucis examinandos feſtinamus. Quos quidem, niſi coniecturae meae amor me decipit, prioribus facile et plane annecti poſſe cenſeam. Nam, cum illi, Vindictam, ſemper ingruentem, ab improbis poenas repetere, doceant, hi, nullum vnquam maleficium clam patrari, vindictaeque iram latere et effugere

posse, demonstrantes, sensum prioribus accomodatum continent. Quod particula γὰρ toties suppressa deest, id, opinor, viris doctis fraudi fuit. Sed in verbis ipsis constituendis emendandis Heerenius ita versatus est, vt ab eo dissentire nunc quidem verear, cum olim, vnde lectio τῶν, quam Codd. Stobaei habent, orta esset, quaerens, statuissem, illam cum lectione νὺξ, quam Theophilus seruauit, commutari haud opus esse, modo καλύπτει pro καλύπτεται, actiuam verbi formam pro passiua positam acciperes. Attendens enim inter legendum, similia verba similiter vsurpata, obseruaueram passim, vt in Homeri Odyss. VII, 204.

εἰ δ'ἄρα τις καὶ μῦνος ἰὼν ξύμβληται ὁδίτης,
ὅτι κατακρύπτουσιν [θεοὶ]·

et in Sophoclis Oedip. T. 967.

ὁ δὲ θανὼν
κεύθει κάτω δὴ γῆς.

quem loquendi vsum κεύθει pro κεύθεται et Musgrav. ibi p. 296. aliis eiusdem

verbi exemplis comprobauit, et declarauit doctiſſimus eius interpres Br. ad Oedip. Col. 74. vbi quae Oedipus Hospiti reponit:

ὅσ᾽ ἂν λέγωμεν, πάνθ᾽ ὁρῶντα λέξομεν.

ita accepit, vt ὁρῶντα pro ὁρώμενα, *caligine non obuoluta*, *perſpicua*, dictum cenſeret. Sed Oedipum dicere velle putaui: quae dicturus ſum, ea omnia commode et ſapienter me dicturum puto. Hospes enim, vt Theſeum arceſſeret, ab Oedipo rogatus, contendente, magnum inde in regem commodum eſſe redundaturum, cum verſu proximo priore, *καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις*; caecum quidquam opis afferre poſſe negaſſet, ille, eundem orationis colorem retinens, ſeſe egregie videre, ſuaque ſapientia imperanti multum profuturum eſſe, reſpondet. — Hanc vero animadverſionem ita vt lectorem, quam interpretandi rationem inierit, nihil admoneret, multis in locis nec vbique recte adhibuit Brunckius. Recte quidem ille in Antig. 911.

μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν,
οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς, ὅστις ἂν βλαστοῖ ποτε.

ſed ſecus in Oedip. T. 153.

ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα, δείματι πάλλων.

vbi verba φοβερὰν φρένα δείματι aeque ad πάλλων quam ad ἐκτέταμαι trahenda mihi eſſe videntur, vt in Euripidis Phoeniſſ. 71.

Ἐτεοκλέα δὲ σκῆπτρ' ἔχειν μένοντα γῆς ἐνιαυτὸν, ἀλλάσσοντ'.

verba σκῆπτρα γῆς ad participium ἀλλάσσοντα repetenda eſſe liquet. Graeci enim in eiusmodi conſtructionibus pronomina participiis adiungere non amant, vbi duo verba ad idem nomen referuntur. Quem quidem participiorum vſum Graecis fere ſolemnem et in aoriſtis praeſertim frequentatum, Latinos autem tum participia perf. paſſiui ponere ſolitos eſſe, paſſim obſeruaui, nec, quamquam peritis notam, rem me hic notaſſe poenitebit Phoeniſſ. 28.

Πολύβȣ δέ νιν λαβόντες ἱπποβȣκόλοι φέρȣσ' ἐς οἴκȣς. Latine: *eum ſuſceptum — domum deferunt.* V. 44.

πᾶις πατέρα καίνει, καὶ λαβὼν ὀχήματα
Πολύβῳ τροφεῖ δίδωσιν.

adde V. 76. 153. 270. et 486.

ἐξῆλθον ἔξω τῆσδ' ἑκὼν αὐτὸς χθονὸς,
δȣ̀ς τῷδ' ἀνάσσειν πατρίδος ἐνιαυτοῦ κύκλον,
ὥστ' αὐτὸς ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος λαβών.

vbi Valckenarius p. 176: Barneſii reiicit Abreſchius (Animadv. ad Aeſch. p. 19.) interpretamentum, ἄρχειν pro ἀρχὴν explicantis, docte τὴν ἀρχὴν in λαβὼν ſubaudiendum iudicans; tamen poterat λαβὼν eo quoque modo poſitum hic cenſeri, ſicut ſaepius, apud Tragicos praeſertim, prope πλεονάζȣσι participia λαβὼν, ἑλὼν, παρὼν etc. Sed ſane de ſententia Viri doctiſſimi prope abundet λαβὼν, grammatica tamen poſtulat, vt ex verbo ἄρχειν pronomen, vel, quod Abreſchius mauult, τὴν ἀρχὴν ad participium repetatur. Quae vero idem ille

vir doctus et Porſonus de conſtructione ἄρχειν - λαβὼν, quod pro λαβόντα, dictum putant, eam vſitatiorem ſtructuram appellantes notant, tantum abſum, vt ea comprobem, vt potius hunc nominatiui participii vſum legitimum et vnice verum eſſe oſtendere poſſim. Graeci enim, vbi ὥστε cum infinitiuo ponitur, cum ſubiectum verbi finiti, quod praeceſſit, in infinitiuo retinetur, vt nominatiuum tum infinitivo iungant, linguae indoles poſcit. Thucyd. I, 91. "Οτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη, ὥστε ἱκανὴ εἶναι σώζειν τὲς ἐνοικȣ̃ντας ἐν αὐτῇ Adeoque participium λαβὼν et grammaticae conuenit aeque ac παραβὰς in his: ȣ̓δεὶς τηλικȣ̃τος ἔστω παρ' ὑμῖν, ὥστε τȣ̀ς νόμȣς παραβὰς μὴ δȣ̃ναι δίκην. Qui nominatiui cum infinitiuo vſus mirum eſt quantum cum alios tum Schmiderum fefellerit in Arrian. Anab. I, V.

Λάγγαρος δὲ ὁ τῶν 'Αγριάνων βασιλεὺς — ȣ̓κ ἔφη χρῆναι ἐν λόγῳ τίθεσθαι Αὐταριάτας· εἶναι γὰρ ἀπολεμωτάτȣς τῶν ταύτῃ· καὶ αὐτὸς ἐμβαλεῖν ἐς

τὴν χώραν αὐτῶν. Haec enim ille: αὐτὸς ἐμβαλεῖν elliptice pro αὐτὸς ἔφη, αὐτὸν ἐμβαλεῖν!

Nec hunc participiorum vſum, cum duo verba eundem caſum regunt, ſolennem, reſpuerunt Graeci, participio alium caſum requirente. Euripidis Phoeniſſ. 192.

ὅδ' ἐστὶν, αἰχμαλωτίδας
ὃς δορὶ Θηβαίας Μυκήναισι
Λερνείᾳ τε δώσει τριαίνᾳ,
ποσειδανίοις Ἀμυμωνίοις
ὕδασι, δουλείαν περιβαλών.

Nam verba περιβαλὼν δουλείαν vt ex verbis αἰχμαλωτίδας Θηβαίας datiuus repetatur, poſtulant. Vid. Porſ. ad Eurip. Med. 734. Haec vero vtcunque animadverſa me ducunt ad Sophoclis lectionem defendendam in Elect. 47.

ἄγγελλε δ' ὅρκῳ προστιθεὶς, ὅθ' οὕνεκα
τέθνηκ' Ὀρέστης ἐξ ἀναγκαίας τύχης.

Nam ea explicandi ratio, vt ad προστιθεὶς accuſatiuum ex ὅρκῳ elicias, quod fieri poſſe paulo ante demonſtravimus, latine vertens: *nuntia vero iureiurando addito*, locum illum, puto, ſatis

tuetur, vt non indigeamus Reiskii, quo nemo facile Sophoclem infelicius tractavit, correctione ὅρκον, quam tamen Erfurdt, lectionem ὅρκῳ duram iudicans, recepit. Nec credibile eſt, lectionem tam facilem in difficiliorem ὅρκῳ abiiſſe; et *quod Sophocles* ἄγγελλε ὅρκῳ *nuntia iusiurandum interponens*, iunxit, id non magis durum videri debet, quam quod Aeſchylus dixit in Prom. vinct. 150.

νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως
κρατύνει

Iupiter autem ſane iniuſte imperat nouis legibus vtens. Egregie vero poëta poſuit verba κρατύνει νεοχμοῖς νόμοις ἀθέτως pro ἀδίκως. Iupiter ſcilicet tyrannus incuſatur, quod, legibus antiquis ſublatis, nouis iisque ſuo arbitrio datis vtatur, ἰδίοις νόμοις, vt infra audiunt 402.

ἀμέγαρτα γὰρ τάδε Ζεὺς
ἰδίοις νόμοις κρατύνων
ὑπερήφανον θεοῖσι
τοῖσι πάρος δείκνυσιν αἰχμάν.

vbi eadem conſtructio κρατύνειν ἰδίοις νόμοις priorem locum ſatis defendit a

coniectura Schützii, qui cum, vocabulo ἀθέτως, Iouem imperium absque auctoritate et consensu reliquorum deorum obtinere, significari autumaret, haec, vtpote quae cum narratione Promethei V. 218. 229. 230. aegre conciliari possent, simulque vt tautologia in verbis κρατεῖν et κρατύνει, quam fingit, vitaretur in Commentario p. 53. ita

νεοχμοῖς δὲ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει

immutanda esse censuit. Nam κρατύνειν ἀθέτως est, imperium iniuste exercere. Explicationem, quam in Soph. Elect. 47. proposui, tuetur idem Soph. in Antig. 23.

Ἐτεοκλέα μὲν, ὡς λέγουσι, σὺν δίκῃ
χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ, κατὰ χθονὸς
ἔκρυψε, τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς

vbi si iunxeris ἔκρυψεν Ἐτεοκλέα μὲν κατὰ χθονὸς σὺν δίκῃ δικαίᾳ, χρησθεὶς αὐτῇ, καὶ σὺν νόμῳ, neque praepositio σὺν ex Musgravii sententia redundabit, nec participii χρησθεὶς vsus, loco Thucyd. I. 98. Μήδων ἐχόντων firmatus, quidquam habebit, quod te offendat. — Hic

vero, Tacitum quin attingerem, temperare mihi non potui, vtpote cuius verba in Annal. III. c. 62. ita legerentur: Aphrodifienfes pofthac et Stratonicenfes dictatoris Caefaris, ob vetufta in parteis merita, et recens D. Augufti decretum attulere. Laudati, quod Parthorum inruptionem, nihil mutata in Populum Romanum conftantia, pertuliffent. Tacitus haec ait: Vrbes Aphrodifias et Stratonicea, afylorum conftitutorum caufam agebant, duobus decretis Caefaris et Augufti, quibus afyli ius ipfis conceffum et feruatum effet, nifae atque confifae. Ille hoc beneficium iis tribuerat, ob vetufta in partes merita, hic vero hac gratia illarum fidem in Romanos, bello Parthico fpectatam, ornauerat. Facile igitur vides, verba: "laudati quod — pertuliffent" ita decreti Augufti rationem reddere, vt verba: "ob vetufta in partes merita" cur Caefar peculiari decreto illas laudauerit, docent, Tacitumque fuo more conftructionem variaffe. Plena igitur diftinctione fublata comma

tantum post *attulere* esse debet, ita vt *laudati* pertineat ad verbum *attulere*, et explicetur: decretum *attulere, quo erant laudati.* Lubenter igitur emendatione *laudantis*, quam aliis propositam probatamque vidi, ego quidem careo, quod et nuperrimi editoris in illam sententia inclinauerit, vehementer miratus. — Sed redeo nunc ad Brunckianam regulam, actiuam verbi formam pro passiua adhibere Sophoclem, locaque, in quibus illam secutus est, examinanda, non quo verba plurima transitiue et intransitiue posita esse apud Graecos negem; nam Britannos solos in hoc verborum promiscuo vsu Graecis praestare animaduerti; sed quia Brunckius non vbique ad interpretationem rectam animum addendit. In Sophocl quidem Electr. 1417. τελȣ̃σ' ἀραί, vertit: perficiuntur imprecationes, nec intercedo; nam τελεῖν posse significare *perfici* et vsus verbi τελευτᾷν intransitiuus apud Herodotum I, 24. τελευτῶντος δὲ τȣ̃ νόμȣ et τελεῖν in Trachin. Soph. 825. confirmare videtur.

Attamen non obnitar vehementer, si rescripseris

τελδσ' 'Αραί.

reddens; Dirae caedem perficiunt. Haec enim sunt chori verba, cum Clytaemnestra, se telo Orestis esse petitam, clamasset. Verbum τελεῖν absolute positum quid significet, iam supra ad Choeph. 304. p. 44. est illustratum. 'Αραί vero maiuscula litera scribendum, vt personam intelligas. Ita 'Αρά personam induit in Sophocl. Oed. R. 417. vbi Tiresias Oedipo haec vaticinatur:

Καί σ' ἀμφιπλὴξ μητρός τε καὶ τοῦ
σοῦ πατρὸς
ἐλᾷ ποτ' ἐκ γῆς τῆσδε δεινόπους 'Αρὰ
βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ', ἔπειτα δὲ
σκότον.

'Αρὰ exarandum esse, non vero ἀρὰ cum Brunckio, vel epitheta ἀμφιπλὴξ et δεινόπους euincunt, quae non nisi in personam cadunt, Dirae, vt alibi furiis, h. l. accommodata. — Ipsam; deam, Electra ad patris caedem vlciscendam precibus

cum caeteris ſcelerum vltoribus aduocat apud Sophocl. in Electr. 110.

ὦ δῶμ' Αΐδȣ καὶ Περσεφόνης,
ὦ χθόνἰ Ἑρμῆ, καὶ πότνἰ Ἀρά,
σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐριννύες,
ἔλθετ', ἀρήξατε, τίσαϑε πατρὸς
φόνον ἡμετέρȣ

Recte igitur ita editum in Aeſchyli Sept. contra Thebas 817.

ὦ μέλαινα καὶ τελεία
γένεος, Οἰδίπȣ τ' Ἀρά.

Sed negligenter ἀρὰ dederunt in eodem dramate 680.

φίλȣ γὰρ ἐχθρά μοι πατρὸς τέλεἰ
Ἀρὰ
ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασι προσιζάνει,
λέγȣσα προτέρȣ κέρδος ὕστερον μόρȣ.

Ἀρὰ πατρὸς vero eſt *Dira, quae patris cauſam agit*, eiusque imprecationes ad exitum perducit. Ita altero loco, ex eadem tragoedia v. 817. laudato Οἰδίπȣ Ἀρὰ ſignificat Diram, quae Oedipum vlciſcitur, eiusque preces vt ratae ſint, curat, nullo vero pacto *imprecationem*

ab Oedipo dictam, quod Schützius in commentario posuit. Itaque γένεος Ἀρὰ si quis explicaret: *Dira, quae generis iniuriam vlciscitur*, me quidem consentientem haberet. Ita enim, concinnitate prorsus non turbata, neque ad Brunckii explicationem, altius repetitam, neque ad Schützii rationem, quam recte duram neque commodam dixeris, adeo non ad coniecturas confugiendum esse, facile intelligis. Eadem prorsus ratione Ἐρινὺς cum genitiuo construitur apud Euripid. in Med. 1386.

Ἀλλά σ' Ἐρινὺς ὀλέσειε τέκνων
φονία τε Δίκη.

Aeschylus in Septem adv. Thebas 708. dixit:

πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινύν

vbi caue Schützio, πατρὸς ab εὐκταίαν regi statuenti, adsentiaris. Ἐρινὺς εὐκταία enim est Furia, preces hominum audiens, vid. amicissimum Huschk. Anal. Crit. p. 133. et Beck. ad Eurip. Med. v. 170. Θέμιν εὐκταίαν; et πατρὸς pendet a verbo Ἐρινὺς pariter cum ge-

nitiuo coniuncto, ac Νέμεσις apud Sophocl. in Elect. 792.

ἄκȣε Νέμεσι τȣ̃ θανόντος ἀρτίως.

Ita in Virgil. Aen. IV, 610. *Di morientis Elissae* acceperim *Dii, qui tuemini morientem Elissam.* Hinc factum esse puto, vt diceretur apud Veteres *deus meus, deus non meus*, de quo egit praeclare Heyne ad Tibull. III, 3, 28. Ἀρὰ autem τελεία vtroque loco dicitur, *poenam a scelesto persequens*, nec precibus et victimis exorabilis, quatenus dira detestatio nulla expiatur victima, vt poëta Venusinus canit. Pariter Furiae, quarum et officium et verba propria eum Diris communicata iam supra notauimus, se ipsas τελείας appellant in Eumen. 368.

μένει γὰρ εὐμήχανοί
τε καὶ τέλειοι κ. τ. λ.

Hic igitur exploratus vsus vocis τέλειος ad verum nos ducit iudicium varietatis lectionum, quas ad Sept. v. 680. supra memoratum ex antiquis editionibus, a Schützio neglectas hic afferre iuuat.

Nam illa lectio τέλει est alteri τελεῖ praeferenda, ex Aldo depromtae, qui ambos hos versus ita edidit:

φίλȣ γὰρ αἰσχρά μοι πατρὸς τελεῖ ἀρὰ
ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασι προσιζάνει.

Tunc structura haec erit: Ἀρὰ (pro ἀρὰ leg.) γὰρ πατρὸς φίλȣ τελεῖ αἰσχρά μοι, nam Dira patris cari perficit mihi flagitium. αἰσχρά explicandum: *caedes fratris flagitiosa.* Optime adeo τελεῖ verbo τελεῖν in oratione Chori responderet, qui regem his increpuerat:

ὠμοδακής σ' ἄγαν ἵμερος ἐξοτρύ-
νει πικρόκαρπον ἀνδροκτασίαν τελεῖν
αἵματος ȣ̓ θεμιστȣ̃.

Eteocles enim huius flagitii Diram auctorem refert. Ita vero nihil vides, quod in verbo τελεῖν de *Furiis* et *Diris* vsurpato, Aesch. Septem. 709. 776. Soph. Elect. 1417. aut in verbo αἰσχρὰ reprehendas, quod quidem, lectione τελεία recepta, si cum Ἀρὰ iunxeris, quod Victorius, Stanleius, et editor Glasguensis fecerunt, ineptum prorsus iudicauerim. Sed versus illos quo minus ita

constitutos veram et genuinam scripturam Aeschyli habere statuamus, et elegantiores lectiones ἐχθρὰ τελεία vetant, et quod copula in sequentibus deest, obstat. Hinc non omnino nihil erat, quod acutissimus Turnebus verbum τελεῖν, siue in libris scriptum siue ingenio repertum, reponeret, quod cum προσιζάνει iungeretur, αἰσχρά μοι retinens. Robortellus vero locum ita corruperat:

φίλε γὰρ καὶ ἐχθρά μοι πατρὸς τελεῖ' ἀρὰ κ. τ. λ.

Hunc igitur versum sequentes editores in hunc modum concinnantes

φίλε γὰρ αἰσχρά μοι πατρὸς τέλει' ἀρά.

lectionem αἰσχρά μοι, licet alteram ἐχθρά μοι esse praeferendam iudicarent, constanter tenuerunt, vsque dum Brunckius alteram lectionem, Cod Reg. consensu confirmatam, recepit, modo hiatus abesset. — His igitur disputatis, me in Sophoclis Electra, Brunckii rationem adspernatum, recte correxisse nullus dubito, monens, illam animaduersionem ad Oed. Col. 74. propositam ad locorum sensum ex-

plicandum raro et caute eſſe adhibendam, praeſertim cum, ipſum illum doctiſſimum Tragici interpretem, de cuius ſententia inuitus decedo, hac nota in pluribus locis abuſum eſſe, non ſit, quod diſſimulem. In Sophoclis enim Aiace, Choro, vbi Aiax eſſet, inueſtigante, altera eius pars, neque ſe illum reperire poſſe, his declarat V, 877.

ἀλλ' ἐδ' ἐμοὶ δὴ, τὴν ἀφ' ἡλίε βολῶν
κέλευθον, ὡνὴρ ἐδαμἒ δηλοῖ φανείς.

Huius loci ſenſum optime verſione ſua reddidit Br.: *Nec mihi ſane ad orientem ſolem pergenti vir hic vsquam conſpiciendum ſe obtulit*, vt, ſi quis virum, Graece doctiſſimum, in ſuſpicionem minus accuratae in iis explicandis rationis vocare auderet, ei obtrectationis et malevolentiae timendum eſſet crimen, niſi illum Grammaticae neglectae ipſius nota conuinceret ad Tragici Antig. 471. *δηλοῖ, id eſt, δηλἒται.* Actiuum pro paſſiuo: vt Aj. 878. *ὡνὴρ ἐδαμἒ δηλοῖ φανείς.* — Nam neque *δηλόω* pro *δηλἒμαι* poni mihi adhuc ille perſuaſit, et hic

locus haud ſcio an aliter ſit explicandus, idque ad linguae Graecae rationem et indolem. Nam δηλοῖ φανεὶς dictum pro δηλοῖ φανῆναι. Graeci, vt Valckenarius docuit ad Eurip. Phoen. 260. p. 93. et fuſius Brunck ad eiusdem Bacch. 184.

δεῖ γάρ νιν, ὄντα παῖδα θυγατρὸς ἐξ ἐμῆς
Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεὸς,
ὅσον καθ' ἡμᾶς δυνατὸν, αὔξεσθαι μέγαν.

Bacchus πέφηνεν ἀνθρώποις θεὸς h. e. praeſtitit ſe deum operibus ſuis, cf. eiusdem fabulae V. 13–22., participia pro infinitiuis amant. Imprimis vero verbis, declarationem ſignificantibus accedunt participia. Huius conſtructionis exempla in eodem Aiace 470.

πεῖρά τις ζητητέα
τοιάδ', ἀφ' ἧς γέροντι δηλώσω πατρί,
μή τοι φύσιν γ' ἄσπλαγχνος ἐκ κείνȣ γεγώς.

vbi bene idiotismum in δηλώσω - μὴ γεγώς illuſtrauit idem praeclarus editor,

cuius ſcrinia Schefflerum ad Electr. 24. compilaſſe arguo. — In Antig. 471.

δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς τῆς παιδός.

verborum ſtructura hunc habet nexum τὸ γέννημα ὠμὸν τῆς παιδὸς δηλοῖ ἐξ ὠμοῦ πατρὸς ſcil. ὂν vel εἶναι: *ferox ingenium puellae prodit ſe ex patre feroce ortum.*. Sed Brunckius in his nihil vidit, vt eius nota, ad Aiacem allata, euincit. Nam in eadem fabula Ismene haec ad ſororem V. 20.

τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος.

V. 242. δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον. vnde in Luciano dial. deor. VII, vbi Vulcanus cum Apolline haec confabulatur: Ἑώρακας, ὦ Ἄπολλον, τὸ τῆς Μαίας βρέφος τὸ ἄρτι τεχθὲν, ὡς καλόν τέ ἐστι, καὶ προσγελᾷ πᾶσι, καὶ δηλοῖ τι ἤδη ὡς μέγα ἀγαθὸν ἀποβησόμενον; non δηλοῖ τι, quod, qui latine verterunt, fecerunt, ſed δηλοῖ — ὡς — ἀποβησόμεν eſſe, facile apparet. Τι aliqua ex parte. Hanc conſtructionem, et verbo φαίνειν familiarem et propriam,

res me admonet, vt paucis probare aggrediar. Oreſtes in Sophocl. Elect. 23. laudat Paedagogum:

ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν προσπόλων, ὡς μοι σαφῆ
σημεῖα φαίνεις, ἐσθλὸς εἰς ἡμᾶς γεγώς.

Locutio *φαίνω σημεῖα* eandem conſtructionem adſciſcit, ac ſimplex verbum *φαίνω*, vti conſtructio verborum *in mentem venit* exigenda eſt ad verba *recordandi* apud Cicer. p. Roſc. Amer. 34. *venit enim mihi in mentem oris tui* ibi v. Intp. Prometheus Aeſchyli V. 109. ignis beneficium quomodo in homines contulerit, his enuntiat:

ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς
πηγὴν κλοπαίαν, ἣ διδάσκαλος τέχνης
πάσης βροτοῖς πέφηνε, καὶ μέγας πόρος.

Ad ἣ — πέφηνε — διδάσκαλος ſupple οὖσα Ignis ſeſe omnium artium magiſtrum oſtendit atque probauit. Hanc verbi *πέφηνε* poteſtatem non animaduertit Schützius, qui et reddit: qui quidem (fons ignis) omnis generis artium magiſter hominibus emicuit, et in Commentario

notauit: *πέφηνε apparuit, emicuit*, apte de ignis inuentione, cuius e flamma quasi artes exsplenduerunt. Differunt ἐφάνθη et πέφηνε. *Ignis emicuit* est πῦρ ἐφάνθη, non vero πέφηνε, cuius potestas et Eurip. Bacch. 177. illustratur. Supplendum vero participium verbi εἰμι, quod supra in δηλόω Sophocl. Antig. 471. pariter erat suppressum. Quae quidem ellipsis haud raro Viros doctos induxit ad credendum, verba φαίνω et δηλόω in eiusmodi locis esse intransitiue posita, vel significatione passiua. In horum numero Beck est habendus, vid. Lex. Eurip., sub v. φαίνειν, deceptus Chori verbis in Eurip. Elect. 1233.

> Ἀλλ' οἵδε δόμων ὕπερ ἀκροτάτων
> Φαίνουσί τινες δαίμονες, ἢ θεῶν
> τῶν οὐρανίων· οὐ γὰρ θνητῶν
> οὐ ἥδε κέλευθος·

φαίνουσι explicat *apparent*, in conspectum prodeunt. Ad tu iunge: ἀλλ' οἵδε δόμων ὕπερ ἀκροτάτων φαίνουσί τινες δαίμονες scil. ὄντες, ἢ (τινὲς) θεῶν

τῶν ȣ̓ϱανίων (ὄντες) *sed hi, qui super culmine aedium summo constituti sunt, ostendunt, se esse nescio quos daemones, aut ex diis caelestibus.* Hoc exigit grammatica, hoc probatur adiectis ȣ̓ γὰϱ θνητῶν ȣ̓ ἥδε κέλευθος. Eandemque hanc viam sequi haud dubitauerim in Aeschyl. Agam. 101.

τοτὲ δ᾽ ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ φαίνȣ-
σ᾽ ἐλπὶς ἀμύνει φϱοντίδ᾽ ἄπληστον,
τὴν θυμοβόϱον φϱενὶ λύπην.

ἐλπὶς φαίνȣσα ἀγανὰ est spes, quae se probat iucundam i. e. ἐλπὶς ἀγανά. At Schützius, Stanleii interpretatione, vt ἐλπὶς φαίνȣσα ἀγανὰ sit ostendens *amica* scil. euenta, quam vel metri anapaestici ratio respuit, recte improbata, ipse ἀγανὰ cum ἐλπὶς coniungit, verbum φαίνειν autem non actiue sed neutraliter positum existimat. Sed mihi quidem, φαίνειν pro φαίνεσθαι dictum esse non persuadebit, nec versionem: fausta spes ex sacris illis *elucescens*, probabit. Robortellum ipsum non alia de causa, quam quod vsum loquendi verbi φαί-

νειν ignoraret, emendatione φανεῖσ' metro obſicientem textui intuliſſe crediderim, neque Pauwium quidquam vidiſſe ipſius emendationes ἀγάν' ἐμφαίνεσ' vel ἀγανὰ φανθεῖσ' arguunt. Bothium igitur ἀγάν' ἀμφαίνεσ' emendaſſe lubenter ferrem, modo textum non inſuper verbo λιπόχροιον pro φρενὶ λύπην nouato inquinaſſet. Itaque et Schneideri errorem corrigere liceat, in Lexico ſtatuentis: "verbum δηλόω imperſonaliter ponitur, αὐτίκα ἐδήλωσε ſtatim apparuit. Xenoph." At in Xenophonte ne vllum quidem locum, qui eius ſententiam firmaret, indagare potui. Ea enim loca, quibus ad hoc permotus eſſe videtur, partim ipſi partim aliis perperam explicita contenderim. In Xenophontis quidem Cyropaedia VII, 1, 30. πολλαχόθι μὲν οὖν καὶ ἄλλοθι δῆλον, ὡς οὐκ ἔστιν ἰσχυροτέρα φάλαγξ, ἢ ὅταν ἐκ φίλων συμμάχων ἠθροισμένη ᾖ, καὶ ἐν τούτῳ δὲ ἐδήλωσεν.

Weiſkio haec notanti: ἐδήλωσεν ſcil. res, τὸ πρᾶγμα. Eurip. Phoeniſſ. 636.

Jok. . . . τί δράσετ', ὦ τέκν'; Et. αὐτὸ σημανεῖ. vbi Schol. τὴν πρᾶξιν, ἣν ποιήσομεν, δηλώσει τὸ πρᾶγμα. Alia loca dedimus in nott. ad verſ. Germ. Apomn. 1, 2, 32., praeiuerat Zeune. Sed de hac via hocque exemplo antequam reſpondeam, explicationem meam praeponam, verba καὶ ἐν τῦτῳ δὲ ἐδήλωσεν ita fere ſupplenda eſſe cenſens: καὶ ἐν τῦτῳ δὲ Φάλαγξ ἐδήλωσεν, ὡς ὐκ ἔστιν ἰσχυροτέρα, ἢ ὅταν ἐκ φίλων συμμάχων ἠθροισμένη ᾖ, vel ὐκ ἰσχυροτέρα ὖσα, ἢ ὅταν κ. τ. λ. *Et tum phalanx hoc planum fecit.* Hanc viam perquam facilem, praeter Eurip. Phoeniſſ. 52.

γαμεῖ δὲ τὴν τεκῦσαν, ὐκ εἰδὼς τάλας,
ὐδ' ἡ τεκῦσα, παιδὶ συγκοιμωμένη.

ſexcenta loca, pariter ex iis, quae praeceſſerunt, ſupplenda, facile erudito lectori probabunt. Nam τὸ πρᾶγμα omitti potuiſſe, locus ex Phoeniſſis allatus non euincit, qui nihil aliud, niſi ad αὐτὸ ſuppreſſum ἔργον vel πρᾶγμα doceat, quod Valckenarius egregie ibi illuſtrauit. Nec quidquam praeſidii peti poteſt ex

ex Memorab. II, 1, 32. quippe vbi quaedam excidiſſe recte viderit Weiske; quae ſi legerentur, vtrum ὁ Κριτίας an ὁ Σωκράτης in ἐδήλωσε δὲ eſſet intelligendum, certo difiniri poſſet. Nam alterutrum nomen eſſe ſupplendum, recte mihi ſtatuere videor, nihil neque Weiskium neque Schneiderum moratus, qui quidem ad ἐδήλωσε haec: "ſcilicet τὸ πρᾶγμα, vt Cyrop. VII, 1, 30. comparauit Weiske Lyſiae Orat. c. Theomn. I, 7., et Iſocratis Areopag. p. 370." Vtrumque enim eadem vel negligentia vel linguae imperitia in fraudem induxit. Nam in Lyſiae oratione c. Theomneſt. I. p. 180. ed. Taylor haec leguntur:

ἀλλ᾽ εἰ μὴ σιδηρῦ ἐστιν, οἴομαι αὐτὸν ἔννϐν γεγονέναι, ὅτι τὰ μὲν πράγματα ταυτὰ ἐστι νῦν τε καὶ πάλαι, τῶν δὲ ὀνομάτων ἐνίοις ϐ τοῖς αὐτοῖς χρώμεθα νῦν καὶ πρότερον. δηλώσει δὲ· αἰχήσεται γὰρ ἀπιὼν ἀπὸ τῦ βήματος σιωπῇ.

omnes interpretes ad δηλώσει eſſe Θεομνηστος intelligendum, et vertendum

oſtendet autem, *an perceperit*, viderunt, et erudito facile apparebit. Alterius vero loci ſtructura apud Iſocratem in Areopag. c. 37. p. 246. ed. Lange ὡς δὲ βασιλεὺς ἔχει τὰ πρὸς ἡμᾶς, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν, ὧν ἔπεμψεν, ἐδήλωσεν quomodo in peius detorqueri potuerit, nondum equidem aſſecutus ſum. Nam quis eſt tandem, qui ad ἐδήλωσεν aeque ad ἔπεμψεν verbum βασιλεὺς eſſe repetendum non videat? Certe qui neget, neminem fore puto, niſi forte Zeunium, qui ad Xenophontem in eundem cum caeteris errorem lapſus, hanc animadverſionem Vigero p. 143. adſpergere non dubitauerit. — Verba igitur δηλόω et φαίνω eorum numero eximenda, quorum actiua pro paſſiuis vſurpantur, quod Br. ad Soph. Antig. 471. temere ſtatuit, ſed iis adſcribenda ſunt, quae cum nominatiuo participii coniunguntur, quae quidem diligenter recenſuit Hermannus Adnot. ad Viger. p. 752. — Sed non maiorem nonnullis exemplis fidem habuerim, quae Brunckius ad Soph. Oed.

Col. 74. quem locum ſupra p. 80. tractaui, conduxit, notans: *Saepe actiuam verbi formam pro paſſiua adhibet Sophocles, vt infra* 1604. Παντὸς δρῶντος *pro* δρωμένȣ. Trachin. 196. τὸ ποθȣ̃ν, *pro* τὸ ποθȣ́μενον. Oed. T. 968. κεύθει *pro* κεύθεται. — Nam participiorum neutra, vt adiectiuorum, pro ſubſtantiuis eleganter ponuntur Thucyd. I, 90. ἠξίȣν τε (Λακεδαιμόνιοι), αὐτȣ̀ς μὴ τειχίζειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσȣ μᾶλλον, ὅσοις ξυνειστήκει, ξυγκαθελεῖν μετὰ σφῶν τȣ̀ς περιβόλȣς, τὸ μὲν βȣλόμενον καὶ ὕποπτον τῆς γνώμης ȣ̓ δηλȣ̃ντες ἐς τȣ̀ς Ἀθηναίȣς. — I, 36. Καὶ ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα μὲν δοκεῖ λέγεσθαι, φοβεῖται δὲ, μὴ δι' αὐτὰ πειθόμενος τὰς σπονδὰς λύσῃ, γνώτω, τὸ μὲν δεδιὸς αὐτȣ̃, ἰσχὺν ἔχον, τȣ̀ς ἐναντίȣς μᾶλλον φοβήσον, τὸ δὲ θαρσȣ̃ν μὴ δεξαμένȣ, ἀσθενὲς ὂν πρὸς ἰσχύοντας τȣ̀ς ἐχθρȣ̀ς, ἀδεέστερον ἐσόμενον. Sicut apud Thucydidem τὸ δεδιὸς metus, τὸ θαρσȣ̃ν confidentia, et τὸ βȣλόμενον voluntas pro veris ſubſtantiuis habenda ſunt, ita τὸ ποθȣ̃ν deſiderium apud Soph. Trach. 196.

Τὸ γὰρ ποθεῖν ἕκαστος ἐκμαθεῖν
θέλων.

et τὸ δρῶν officium negotium Oed. C. 1604.

Ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονὴν.

Erfurdt ad Trach. p. 209. nec horum participiorum rationem perspexit, qui ἀμφιπολῶν male pro ἀμφιπολούμενος accepit in Oed. C. 678.

— ἵν' ὁ βακχειώτας ἀεὶ
Διόνυσος ἐμβατεύει,
θείαις ἀμφιπολῶν τιθήναις.—

Me quidem in participiis illis explicandis recte versatum esse, fidem facit Dionys. Halicarn., qui in epistola altera ad Ammaeum *de iis, quae Thucydidis propria sunt*, Thucydidem τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων amplexum esse, ostensurus, T. VI. p. 799. ed. Reiske et alia affert et τὸ βουλόμενον καὶ τὸ δυνάμενον per τὴν βούλησιν καὶ τὴν δύναμιν explicat.

Capvt 4.

Quae capite primo inchoata ſunt, continuantur.

Quam diligentiam et fidem in congerendo Variarum lectionum apparatu Cl. Schützius adhibuerit, capite primo huius libelli ita demonſtratum eſt, vt de hac operis Schütziani parte inde, velut e ſpecimine quodam, viros eruditos probe iudicare poſſe exiſtimem. Itaque, quamquam et ea, quae prolata ſunt, ſexcentis nouis locis confirmare, et alia huius generis peccata ſatis multa caſtigare poſſem, ne tamen ſtudioſe et diligenter id agere videar, vt nomini tanto labes fidei male ſolutae imponatur, non niſi de incuria monebo, quam in virorum doctorum coniecturis et iudiciis conquirendis admiſerit Schützius. Erant autem non pauca partim in obſeruationibus ad alios Scriptores per occaſionem de Aeſchyli

locis quibusdam fufpectis vel obfcuris notata, partim in libellis criticis propofita, quae inde in Varietatem lectionis aut in Commentarium transferri deberent. Ita ex Dawefii Mifcellaneis Criticis praeter ea, quae Heathius et Brunckius inde depromferunt, nihil laudauit, nec iis, quae Burgefs, haud mediocri doctrina et fagacitate, in Appendice Mifcellaneorum in medium protulit, vsquam vfus eft. Nec Arnaldum, in Lectionum Graecarum libris duobus de Aefchyli locis nonnullis emendandis et explanandis egregie meritum, vsquam laudatum legi, nifi in nota Hemfterhufii ad Perf. 465. p. 69. appofita. Adde Waltheri Animadverfiones hiftoricas et criticas, qui p. 280. de καβασμῷ Prometh. 811. bene difputauit; d'Orville Vannum Criticam, cui Eumen. 7. melior lectio δίδωσι δ' pro δίδωσιν δ' debetur, primum recepta ab Hermanno, et deinde a Schützio in edit. minori; Petiti Mifcell. Obferuat. lib. IV. qui p. 135. Prometh. 90. κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα melius expli-

cuit; Canteri Nouar. Lect. lib. IX. qui I, c. 5. de Sept. 397. breuius et aptius exposuit, et 3, c. 9. Agam. 1256 sqq. egregie illustrauit; Nicolai Loensis Miscell. Epiph. lib. IX, qui I, c. 16. significationem vocis θερμὸς Sept. 588. melius constituit; Miscell. Observ. Belg. Vol. 2. p. 2. p. 164-169. vbi cum alia bene obseruata legimus, tum in Suppl. 90. ἀσφαλὲς ex Robortello, metro postulante, recipiendum docemur, quod post editorem Glasguensem Schützius in edit. minori fecit; aliosque, quos commemorare longum est. Sed propter hanc curam omissam haud dubie faciles habiturus est omnes, qui virum illum tot aliis negotiis distentum fuisse norint. — Atque haec quidem de prima parte, h. e. de diligentia in congerenda Lectionum varietate, monenda censuimus. Sequitur grauior pars, cum de vsu istius Varietatis quaeritur, de iudicio et delectu, in quo non minor castigandi materia occurrit. Schützius quidem de ratione agens, quam in recensendo textu iniisset,

professus est praef. p. xi. *Lectionem, quam veram et genuinam esse aut certis rationibus aut saltem verisimillimis, mihi persuaseram, in textum recepi; vbi res incerta esset, vulgatam lectionem intactam reliqui;* et p. ix. *Cum, quid Aeschylus vere scripserit, non quid scribere potuerit debueritue, vnice sit editori quaerendum, coniectura textum emendandi prolubium his quidem finibus coercendum esse putaui, vt nisi coniector se Aeschyli manum ingenio suo assecutum esse certissimis argumentis nobis persuaserit, antiqua codicum Mstorum lectio, etiamsi falsitatis indiciis se ipsa satis prodat, in textu relinquatur.* Et textus multis in locis et lectionibus melioribus ex Varietate receptis et veris tum aliorum, tum ipsius coniecturis emendatior est exhibitus. Id agnoscunt grati et vehementer laudant Aeschyli lectores. Sed illa editoris religio, qua haec vetustatis monimenta praestantissima se tractasse iactat, quamque diuinus ille Ruhnkenius omnium, quos nouimus, editorum maxime in

Velleio edendo probauit, Schützianum Aeſchylum exigenti non apparet. Nam in iudicando et deligendo nec ſatis acutum vbique ſe praeſtitit, quod ferendum tamen, nec ſatis integrum, ſed nimis tribuentem opinionibus et ipſius et aliorum, et hinc peruertere lectionem vulgatam conantem. Quin eo interdum corrigendi prolubio atque pruritu ſe regi atque abripi paſſus eſt, vt, his diuini poetae reliquiis debita modeſtia prorſus neglecta, textum multis in locis, coniecturis turpiter corruptum peius, quam in ſuperioribus editionibus factum eſſet, conſtituerit. Quod vt in omnibus tragoediis recenſendis commiſſum incuſamus, ita tres priores tragoedias, quas Brunckius ingenio et doctrina inſigni expoliuerat, emendatiores reliquis prodiiſſe, negari nequit. In quibus quidem, imprimis in Agamemnone et Choephoris, quamquam vberior, quantum peccatum ſit, demonſtrandi copia data eſt, equidem tamen, ordinem quendam ſeruaturus, in primis etiam tragoediis permulta

esse, quae merito reprehendantur, exemplis aliquot demonstrasse satis habebo.

86. αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως
ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τύχης

Lectionem τέχνης, quam Aldus et Turnebus, Schützio non notatam exhibent, vulgatae τύχης praeferendam censemus. *Ipse enim indiges, cuius consilio ex his machinis vel ex hoc artificio, quo es adstrictus, libereris.* Τέχνη de vinculis, quibus firmiter irretitus erat, positum, et Vulcano artificii talis peritissimo et voci προμηθέως egregie conuenit. Iactat enim Robur, neminem vmquam inuentum iri, cuius artibus haec, quibus constrictus teneatur, vincula (τῆς δε-τέχνης) solui possint. Haud igitur video, cur Sch. hanc lectionem nimis artificiosam esse iudicet.

112. Τοιῶνδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω,
ὑπαίθριος δεσμοῖσι πασσαλευτὸς ὤν.

Τοιῶνδε Brunck ex coniectura Stanleii recepit, inde Schützius; sed lectio τοιάσδε, quam omnes editiones, neque enim

Sch. credendum solam Ald. nominanti, cum Codd. Reg. et Schol. agnoscunt, retinenda erat, vtpote exquisitior. Τοιόσδε saepe caussam continet, ob quam aliquid factum sit. Igitur h. l. τοιάσδε ποίνας a tali origine ortas, *tam immeritas poenas*. Simili ratione τοιόσδε vsurpatum in Choeph. 40.

Τοιάνδ' ἐπὶ χάριν ἄχαριν
ἀπότροπον κακῶν.
μωμένα μ' ἰάλλει
Δύσθεος γυνά.

vbi Hermannus Obseruatt. Crit. p. 67. lectionem τοιάνδε praeclare, vt solet, contra emendationem Sch. τοιῶνδε, in maiori editione propositam et receptam, defendit.

117. Ἵκετο τερμόνιόν τις ἐπὶ πάγον,
Πόνων ἐμῶν θεωρὸς, ἢ τί δὴ θέλων;
Schützius τις, vt metro et *sententia* (Br. Syntaxi) postulante, auctore Pauwio, recepit. Sed occurrunt passim loca, vbi τις supplendum sit, vt in Soph. Electr. 1322.

ὡς ἐπ' ἐξόδῳ κλύω
Τῶν ἔνδοθεν χωροῦντος.

et infr. 893. Ὄντα χερνῆταν ἐραστεῦσαι adde Hom. Il. N, 287. vid. Hermann. Adnot. ad Viger. p. 725., nec metrum ex arbitrio conſtituendum.

124. Φεῦ, φεῦ, τί ποτ᾽ αὖ κινάθισμα κλύω

Πέλας οἰωνῶν; αἰθὴρ δ᾽ ἐλαφραῖς
Πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει.

Verba αἰθὴρ — ὑποσυρίζει hac interpunctione languida ſunt. Interrogatio igitur continuanda vsque ad verbum ὑποσυρίζει, quae particula δὲ bene continuatur, vt Eurip. Med. 869–74. et infr. 577.

Τί ποτέ μ᾽, ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε,
Τί ποτε ταῖσδ᾽ ἐνέζευξας εὑρὼν
ἁμαρτοῦσαν ἐν πημοναῖσιν; ἒ ἔ,
οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν
παράκοπον ὧδε τείρεις;

vbi ſignum interrogationis poſt πημοναῖσιν ſuſtulerim, cum verba interpoſita ἒ ἔ nexum orationis non turbent vid. 603. Sept. 312. nec αἶ αἶ Sept. 772. Idem ſtatuendum de ſimili loco Soph. Trach. 1013–17.

Καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἐπιτρέψει,
οὐ οὐ, οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου
θέλει μολὼν
τοῦ στυγεροῦ;

At verba *οἰστρηλάτῳ δείματι* haud bene vertit *terriculamento per furoris accessum suborto;* malim *furorem excitante terrore; οἰστρήλατος* transitiue positum vt *φοιταλέος* 599. *κέντροισι φοιταλέοισιν*. ibiq. Schütz. p. 119. Illud vero *δεῖμα*, quo significatur *εἴδωλον* *Ἄργου γηγενοῦς*, illustratur ex Soph. Electr. 410. adde Tibull. III, 4, 13. ibiq. praestant. Heyn. —

148. *Ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις.* Ald. Rob. Turn. *ταῖς*, quod cur Victorius primus immutauerit nescio. Infra quidem 301. *τὴν σιδηρομήτορα ἐλθεῖν ἐς αἶαν.* *τὴν* non *τήνδε* legitur, vt dubitari plane non possit, quin *ταῖσδε* vera scriptura sit.

229. *ἐκαθέζετ'*. Sch. hanc lectionem intulit, quam scilicet Ald. habere ait. Sed omnes *καθέζετ'* omisso augmento.

Quod ſi quis anapaeſti initio verſus vitandi cauſa omiſſum eſſe cenſeat, libenter me ſocium ipſius ſententiae adſcripſerim. Certe augmentum in ἄνωγε omiſſum Br. comprobauit p. 306. infr. 947. qui ita legendus.

Πατὴρ ἄνωγε σ' ὅστινας κομπεῖς γάμους.
quem verborum ordinem Edd. et Codd. exhibent. Brunckius tamen, adſtipulante Schützio, emendatione σ' ἄνωγεν ſonum gratiorem efficere voluit, haud reputans, ſcriptoribus etiam ſuauitatis ſtudioſiſſimis tale quid excidiſſe, quod Muretus Var. Lect. I, 15. vberius demonſtrauit. Adde, ſi tanti eſt, quae ipſe notaui ad Tibull. I, 2, 52. In Perſ. 456. Ald. Rob. Turn. exhibent

ἀμφὶ δὲ
κυκλοῦντο πᾶσαν νῆσον.

vbi in minori nuper ἐκύκλουντο edidit, in maiori Br. ſecutus, qui, praecedente vocali ε, 'κυκλοῦντο exhibuerat, quod alteri quidem ἐκυκλοῦντο praeferendum. — In Eurip. Bacch. 1055. Codd. κυκλοῦτο δ', ὥστε τόξον. Br. emendauit ἐκυκλοῦτο. vid. eius not. ad Bacch. 1123.

365. *ἰπὄμενος* Ita legendum esse demonstrauit Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. 279. vidit Brunckius ad Aristoph. Lysist. 291. Equit. 924.

ἰπὄμενος ταῖς εἰσφοραῖς.

Rem vero planam reddit Eustath. ad Hom. Il. p. 16. lin. 40. Καὶ ἰπὄν ῥῆμα τὸ βλάπτειν παρὰ τῷ Αἰσχύλῳ καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἰπ. τ. εἰσφ. cf. Heyn. ad Pindar. Ol. 4, 11. et quos ibi laudat; quem hunc locum respexisse, certum est.

369. Λευρὰς γύας. Praeferenda ex consuetudine Tragicorum Robort. lectio λευρὰς. Infr. 401. νοτίοις-παγαῖς recte editum legitur.

406. Πρόπασα δ' ἤδε στονόεν
Λέλακε χώρα
μεγαλοσχήμονα κἀρχαι-
οπρεπῆ στένουσα τὰν σὰν
ξυνομαιμόνων τε τιμάν.

vbi ἤδη μεγαλοσχήμονα τ' ἀρχαιοπρεπῆ στένουσι legendum esse euincam. ἤδη in omnibus edit. et Codd. male in ἤδε (saltem ἅδε) mutauit Schützius. In verbis μεγαλοσχήμονα κἀρχ. primum vox καὶ

emendatione inuecta, deinde Tragicorum mos epitheta copula non vinciendi neglectus male me habet. Egit de hac consuetudine poetarum antiquorum Hermannus ad Orph. Λιθ. 81. p. 372. Adde Soph. Trachin. 1028. Philoct. 207.

οὐδ' ἐμὲ λάθει βαρεῖα
Τηλόθεν αὐδὰ τρυσάνωρ.

vbi caue credas Br. versioni: neque me fefellit procul auditus flebilis questus *viri malis confecti*, quam Schneiderus in Lex. secutus τρυσάνωρ per τρυσάνορος interpretatur. Vt taceam, τρυσάνωρ non magis quam στυγάνωρ apud Aesch. Pr. 724. passiue accipi posse, talis commutatio epithetorum inaudita est. Τρύειν consumere, de molestia, qua quis vexatur, vsurpatur, vti τείρειν Hom. Od. α, 340.

Ταύτης δ' ἀποπαύε' ἀοιδῆς
λυγρῆς, ἥτε μοι αἰεὶ ἐνὶ στήθεσσι φίλον κῆρ
Τείρει

Itaque αὐδὰ βαρεῖα τρυσάνωρ clamor flebilis hominibus molestissimus. Ita in Sept. 715.

πικρὸς ὠμόφρων σίδαρος

iungendum esse apparet, et 770 sqq. legendum

τέκνοις δ' ἀραίας
ἐφῆκεν ἐπικότȣς τροφᾶς,
αἲ αἶ, πικρογλώσσȣς ἀράς·

Perperam Sch. primum ἐπίκοτος edidit. ἀραὶ ἐπίκοτοι *dirae plenae irae*, vt *irata verba*, nec quidquam durifculum integro iudici videbitur. ἀρ. ἐπ. τ. *diras iram ob educationem prodentes.* Deinde ἀραίας pro ἀρὰς male accepit. Sed ἀραίαι ἀραὶ bene dicuntur, vt ἀρᾶσθαι ἀρὰς, καταρᾶσθαι ἀράς. Oed. Col. Soph. 952. Eurip. Phoen. 67. In illo Promethei loco, vt ad propositum me referam, καὶ ex emend. Heathii profectum, male illatum commutandum cum τ', quod et Rob. cum Turnebo praebet, et in corrupto lectione Ald. μεγαλοσχήμων ἅτ' ἀρχ. comparet. — Copula τ' vero postulat στένȣσι lect. Rob. et Turn. et Victor. edit. Glasg. Ne vero te male habeat λέλακε στένȣσι, primum perfectum et praesens bene coniungi, natura perfecti probat Sept. 705.

Τὸ γὰρ ποθῦν ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων.

et τὸ δρῶν officium negotium Oed. C. 1604.

Ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονήν.

Erfurdt ad Trach. p. 209. nec horum participiorum rationem perſpexit, qui ἀμφιπολῶν male pro ἀμφιπολούμενος accepit in Oed. C. 678.

— ἵν' ὁ βακχειώτας ἀεὶ
Διόνυσος ἐμβατεύει,
θείαις ἀμφιπολῶν τιθήναις. —

Me quidem in participiis illis explicandis recte verſatum eſſe, fidem facit Dionyſ. Halicarn., qui in epiſtola altera ad Ammaeum *de iis, quae Thucydidis propria ſunt*, Thucydidem τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων amplexum eſſe, oſtenſurus, T. VI. p. 799. ed. Reiske et alia affert et τὸ βουλόμενον καὶ τὸ δυνάμενον per τὴν βούλησιν καὶ τὴν δύναμιν explicat.

Caput 4.

Quae capite primo inchoata ſunt, continuantur.

Quam diligentiam et fidem in congerendo Variarum lectionum apparatu Cl. Schützius adhibuerit, capite primo huius libelli ita demonſtratum eſt, vt de hac operis Schützisni parte inde, velut e ſpecimine quodam, viros eruditos probe iudicare poſſe exiſtimêm. Itaque, quamquam et ea, quae prolata ſunt, ſexcentis nouis locis confirmare, et alia huius generis peccata ſatis multa caſtigare poſſem, ne tamen ſtudioſe et diligenter id agere videar, vt nomini tanto labes fidei male ſolutae imponatur, non niſi de incuria monebo, quam in virorum doctorum coniecturis et iudiciis conquirendis admiſerit Schützius. Erant autem non pauca partim in obſeruationibus ad alios Scriptores per occaſionem de Aeſchyli

locis quibusdam suspectis vel obscuris notata, partim in libellis criticis proposita, quae inde in Varietatem lectionis aut in Commentarium transferri deberent. Ita ex Dawesii Miscellaneis Criticis praeter ea, quae Heathius et Brunckius inde depromserunt, nihil laudauit, nec iis, quae Burgess, haud mediocri doctrina et sagacitate, in Appendice Miscellaneorum in medium protulit, vsquam vsus est. Nec Arnaldum, in Lectionum Graecarum libris duobus de Aeschyli locis nonnullis emendandis et explanandis egregie meritum, vsquam laudatum legi, nisi in nota Hemsterhusii ad Pers. 465. p. 69. apposita. Adde Waltheri Animadversiones historicas et criticas, qui p. 280. de *καβασμῷ* Prometh. 811. bene disputauit; d'Orville Vannum Criticam, cui Eumen. 7. melior lectio *δίδωσι δ'* pro *δίδωσιν δ'* debetur, primum recepta ab Hermanno, et deinde a Schützio in edit. minori; Petiti Miscell. Obseruat. lib. IV. qui p. 135. Prometh. 90. *κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα* melius expli-

cuit; Canteri Nouar. Lect. lib. IX. qui I, c. 5. de Sept. 397. breuius et aptius exposuit, et 3, c. 9. Agam. 1256 sqq. egregie illustrauit; Nicolai Loensis Miscell. Epiph. lib. IX, qui I, c. 16. significationem vocis θερμὸς Sept. 588. melius constituit; Miscell. Observ. Belg. Vol. 2. p. 2. p. 164–169. vbi cum alia bene observata legimus, tum in Suppl. 90. ἀσφαλὲς ex Robortello, metro postulante, recipiendum docemur, quod post editorem Glasguensem Schützius in edit. minori fecit; aliosque, quos commemorare longum est. Sed propter hanc curam omissam haud dubie faciles habiturus est omnes, qui virum illum tot aliis negotiis distentum fuisse norint. — Atque haec quidem de prima parte, h. e. de diligentia in congerenda Lectionum varietate, monenda censuimus. Sequitur grauior pars, cum de vsu istius Varietatis quaeritur, de indicio et delectu, in quo non minor castigandi materia occurrit. Schützius quidem de ratione agens, quam in recensendo textu iniisset,

professus est praef. p. xi. *Lectionem, quam veram et genuinam esse aut certis rationibus aut saltem verisimillimis, mihi persuaseram, in textum recepi; vbi res incerta esset, vulgatam lectionem intactam reliqui;* et p. ix. *Cum, quid Aeschylus vere scripserit, non quid scribere potuerit debueritue, vnice sit editori quaerendum, coniectura textum emendandi prolubium his quidem finibus coercendum esse putaui, vt nisi coniector se Aeschyli manum ingenio suo assecutum esse certissimis argumentis nobis persuaserit, antiqua codicum Mstorum lectio, etiamsi falsitatis indiciis se ipsa satis prodat, in textu relinquatur.* Et textus multis in locis et lectionibus melioribus ex Varietate receptis et veris tum aliorum tum ipsius coniecturis emendatior est exhibitus. Id agnoscunt grati et vehementer laudant Aeschyli lectores. Sed illa editoris religio, qua haec vetustatis monimenta praestantissima se tractasse iactat, quamque diuinus ille Ruhnkenius omnium, quos nouimus, editorum maxime in

Velleio edendo probauit, Schützianum Aeſchylum exigenti non apparet. Nam in iudicando et deligendo nec ſatis acutum vbique ſe praeſtitit, quod ferendum tamen, nec ſatis integrum, ſed nimis tribuentem opinionibus et ipſius et aliorum, et hinc peruertere lectionem vulgatam conantem. Quin eo interdum corrigendi prolubio atque pruritu ſe regi atque abripi paſſus eſt, vt, his diuini poetae reliquiis debita modeſtia prorſus neglecta, textum multis in locis, coniecturis turpiter corruptum peius, quam in ſuperioribus editionibus factum eſſet, conſtituerit. Quod vt in omnibus tragoediis recenſendis commiſſum incuſamus, ita tres priores tragoedias, quas Brunckius ingenio et doctrina inſigni expoliuerat, emendatiores reliquis prodiiſſe, negari nequit. In quibus quidem, imprimis in Agamemnone et Choephoris, quamquam vberior, quantum peccatum ſit, demonſtrandi copia data eſt, equidem tamen, ordinem quendam ſeruaturus, in primis etiam tragoediis permulta

esse, quae merito reprehendantur, exemplis aliquot demonstrasse satis habebo.

86. *αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως*
ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τύχης

Lectionem *τέχνης*, quam Aldus et Turnebus, Schützio non notatam exhibent, vulgatae *τύχης* praeferendam censemus. *Ipse enim indiges, cuius consilio ex his machinis vel ex hoc artificio, quo es adstrictus, libereris.* Τέχνη de vinculis, quibus firmiter irretitus erat, positum, et Vulcano artificii talis peritissimo et voci *προμηθέως* egregie conuenit. Iactat enim Robur, neminem vnquam inuentum iri, cuius artibus haec, quibus constrictus teneatur, vincula (*τῆς δὲ τέχνης*) solui possint. Haud igitur video, cur Sch. hanc lectionem nimis artificiosam esse iudicet.

112. Τοιῶνδε *ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω,*
ὑπαίθριος δεσμοῖσι πασσαλευτὸς ὤν.

Τοιῶνδε Brunck ex coniectura Stanleii recepit, inde Schützius; sed lectio τοιάσδε, quam omnes editiones, neque enim

Sch. credendum ſolam Ald. nominanti, cum Codd. Reg. et Schol. agnoſcunt, retinenda erat, vtpote exquiſitior. Τοιόσδε ſaepe cauſam continet, ob quam aliquid factum ſit. Igitur h. l. τοιάσδε ποίνας a tali origine ortas, *tam immeritas poenas*. Simili ratione τοιόσδε vſurpatum in Choeph. 40.

Τοιάνδ' ἐπὶ χάριν ἄχαριν
ἀπότροπον κακῶν.
μωμένα μ' ἰάλλει
Δύσθεος γυνά.

vbi Hermannus Obſeruatt. Crit. p. 57. lectionem τοιάνδε praeclare, vt ſolet, contra emendationem Sch. τοιῶνδε, in maiori editione propoſitam et receptam, defendit.

117. Ἵκετο τερμόνιόν τις ἐπὶ πάγον,
Πόνων ἐμῶν θεωρὸς, ἢ τί δὴ θέλων;
Schützius τις, vt metro et *ſententia* (Br. Syntaxi) poſtulante, auctore Pauwio, recepit. Sed occurrunt paſſim loca, vbi τις ſupplendum ſit, vt in Soph. Electr. 1322.

ὡς ἐπ' ἐξόδῳ κλύω
Τῶν ἔνδοθεν χωροῦντος.

H

et infr. 893. Ὄντα χερνῆταν ἐραστεῦσαι adde Hom. Il. N, 287. vid. Hermann. Adnot. ad Viger. p. 725., nec metrum ex arbitrio conſtituendum.

124. φεῦ, φεῦ, τί ποτ' αὖ κινάθισμα
κλύω
Πέλας οἰωνῶν; αἰθὴρ δ' ἐλαφραῖς
Πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει.

Verba αἰθὴρ — ὑποσυρίζει hac interpunctione languida ſunt. Interrogatio igitur continuanda vsque ad verbum ὑποσυρίζει, quae particula δὲ bene continuatur, vt Eurip. Med. 869–74. et infr. 577.

Τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε,
Τί ποτε ταῖσδ' ἐνέζευξας εὑρὼν
ἁμάρτουσαν ἐν πημοναῖσιν; ἒ ἔ,
οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν
παράκοπον ὧδε τείρεις;

vbi ſignum interrogationis poſt πημοναῖσιν ſuſtulerim, cum verba interpoſita ἒ ἒ nexum orationis non turbent vid. 603. Sept. 312. nec αἶ αἶ Sept. 772. Idem ſtatuendum de ſimili loco Soph. Trach. 1013–17.

Καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσῦντι
ὀ πῦρ, ὀκ ἔγχος τις ὀνήσιμον ὀκ ἐπιτρέψει,
ὀ ὄ, ὀδ' ἀπαράξαι κράτα βίȣ
θέλει μολὼν
τȣ̃ στυγερȣ̃;

At verba *οἰστρηλάτῳ δείματι* haud bene vertit *terriculamento per furoris acceſſum ſuborto;* malim *furorem excitante terrore; οἰστρήλατος* tranſitiue poſitum vt *φοιταλέος* 599. *κέντροισι φοιταλέοισιν.* ibiq. Schütz. p. 119. Illud vero *δεῖμα*, quo ſignificatur *εἴδωλον* *Ἄργȣ γηγενȣ̃ς*, illuſtratur ex Soph. Electr. 410. adde Tibull. III, 4, 13. ibiq. praeſtant. Heyn. —

148. *Ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις.* Ald. Rob. Turn. *ταῖς*, quod cur Victorius primus immutauerit neſcio. Infra quidem 301. *τὴν σιδηρομήτορα ἐλθεῖν ἐς αἶαν.* *τὴν* non *τήνδε* legitur, vt dubitari plane non poſſit, quin *ταῖσδε* vera ſcriptura ſit.

229. *ἐκαθέζετ'.* Sch. hanc lectionem intulit, quam ſcilicet Ald. habere ait. Sed omnes *καθέζετ'* omiſſo augmento.

Quod ſi quis anapaeſti initio verſus vitandi cauſa omiſſum eſſe cenſeat, libenter me ſocium ipſius ſententiae adſcripſerim. Certe augmentum in ἄνωγε omiſſum Br. comprobauit p. 306. infr. 947. qui ita legendus.

Πατὴρ ἄνωγε σ᾽ ὅστινας κομπεῖς γάμους.
quem verborum ordinem Edd. et Codd. exhibent. Brunckius tamen, adſtipulante Schützio, emendatione σ᾽ ἄνωγεν ſonum gratiorem efficere voluit, haud reputans, ſcriptoribus etiam ſuauitatis ſtudioſiſſimis tale quid excidiſſe, quod Muretus Var. Lect. I, 15. vberius demonſtrauit. Adde, ſi tanti eſt, quae ipſe notaui ad Tibull. I, 2, 52. In Perſ. 456. Ald. Rob. Turn. exhibent

ἀμφὶ δὲ
κυκλοῦντο πᾶσαν νῆσον.
vbi in minori nuper ἐκυκλοῦντο edidit, in maiori Br. ſecutus, qui, praecedente vocali ε, ᾽κυκλοῦντο exhibuerat, quod alteri quidem ἐκυκλοῦντο praeferendum. — In Eurip. Bacch. 1055. Codd. κυκλοῦτο δ᾽, ὥστε τόξον. Br. emendauit ἐκυκλοῦτο. vid. eius not. ad Bacch. 1123.

365. ἰπέμενος Ita legendum esse demonstrauit Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. 279. vidit Brunckius ad Aristoph. Lysist. 291. Equit. 924.

ἰπέμενος ταῖς εἰσφοραῖς.

Rem vero planam reddit Eustath. ad Hom. Il. p. 16. lin. 40. Καὶ ἰπὲν ῥῆμα τὸ βλάπτειν παρὰ τῷ Αἰσχύλῳ καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἰπ. τ. εἰσφ. cf. Heyn. ad Pindar. Ol. 4, 11. et quos ibi laudat; quem hunc locum respexisse, certum est.

369. Λευρὰς γύας. Praeferenda ex consuetudine Tragicorum Robort. lectio λευροὺς. Infr. 401. νοτίοις-παγαῖς recte editum legitur.

406. Πρόπασα δ' ἤδε στονόεν
Λέλακε χώρα
μεγαλοσχήμονα κἀρχαι-
οπρεπῆ στένουσα τὰν σὰν
ξυνομαιμόνων τε τιμάν.

vbi ἤδη μεγαλοσχήμονα τ' ἀρχαιοπρεπῆ στένουσι legendum esse euincam. ἤδη in omnibus edit. et Codd. male in ἤδε (saltem ἅδε) mutauit Schützius. In verbis μεγαλοσχήμονα κἀρχ. primum vox καὶ

emendatione inuecta, deinde Tragicorum mos epitheta copula non vinciendi neglectus male me habet. Egit de hac consuetudine poetarum antiquorum Hermannus ad Orph. Λιθ. 81. p. 372. Adde Soph. Trachin. 1028. Philoct. 207.

οὐδ᾽ ἐμὲ λάθει βαρεῖα
Τηλόθεν αὐδὰ τρυσάνωρ.

vbi caue credas Br. versioni: neque me fefellit procul auditus flebilis questus *viri malis confecti*, quam Schneiderus in Lex. secutus τρυσάνωρ per τρυσάνορος interpretatur. Vt taceam, τρυσάνωρ non magis quam στυγάνωρ apud Aesch. Pr. 724. passiue accipi posse, talis commutatio epithetorum inaudita est. Τρύειν consumere, de molestia, qua quis vexatur, vsurpatur, vti τείρειν Hom. Od. α, 340.

Ταύτης δ᾽ ἀποπαύε᾽ ἀοιδῆς
λυγρῆς, ἥτε μοι αἰεὶ ἐνὶ στήθεσσι φίλον κῆρ
Τείρει

Itaque αὐδὰ βαρεῖα τρυσάνωρ clamor flebilis hominibus molestissimus. Ita in Sept. 715.

πικρὸς ὠμόφρων σίδαρος

iungendum esse apparet, et 770 sqq. legendum

τέκνοις δ' ἀραίας
ἐφῆκεν ἐπικότυς τροφᾶς,
αἶ αἶ, πικρογλώσσυς ἀράς·

Perperam Sch. primum ἐπίκοτος edidit. ἀραὶ ἐπίκοτοι *dirae plenae irae*, vt *irata verba*, nec quidquam durisculum integro iudici videbitur. αρ. επ. τ. *diras iram ob educationem prodentes.* Deinde ἀραίας pro ἀρὰς male accepit. Sed ἀραίαι ἀραὶ bene dicuntur, vt ἀρᾶσθαι ἀρὰς, καταρᾶσθαι ἀράς. Oed. Col. Soph. 952. Eurip. Phoen. 67. In illo Promethei loco, vt ad propositum me referam, καὶ ex emend. Heathii profectum, male illatum commutandum cum τ', quod et Rob. cum Turnebo praebet, et in corrupto lectione Ald. μεγαλοσχήμων ἅτ' ἀρχ. comparet. — Copula τ' vero postulat στένυσι lect. Rob. et Turn. et Victor. edit. Glasg. Ne vero te male habeat λέλακε στένυσι, primum perfectum et praesens bene coniungi, natura perfecti probat Sept. 705.

πέφρικα 749. δέδοικα, deinde ad στένυσι intelligendi *incolae* χώρας. Saepius autem ita nomini vrbis vel terrae pluralis verbi copulatur, Liv. XXXI, 46. *Attalus quoque Aegeleon, nihil minus quam tale quidquam in alterius obpugnatione vrbis timentibus, obpressit.* Qui locus egregie defenditur ipsius Ciceronis vsu loquendi. Epist. XV, 4. §. 14. *Eranam autem, quae fuit non vici instar, sed vrbis, quod erat Amani caput, itemque Sapyrum, et Commorin, acriter et diu repugnantibus — cepimus.* Male igitur Crevierius *timentes* correxit, male correctionem comprobauit Ruperti. Nam non magis *Aegeleon-timentes-obpressit* latine dici potest, quam Graece πόλιν αἰνῶς τρομῦντας εἷλον. Rupertium tamen eiusmodi latinitate admodum delectari saepius videas, vt Liv. IX, 41. *Is profectus ad Nuceriam Alfaternam, tum pacem petentes, quod vti ea, quum daretur, noluissent, adspernatus obpugnando ad deditionem subegit.* Nam *Nuceriam petentes* construxit ad

Liv. III, 47. p. 310. non intelligens, *adſpernatus tum pac. pet.* eſſe iungendum. Hinc haud erat, quod viri docti tantopere aeſtuarent in Liv. XXI, 19. *Itaque nequidquam peragrata Hiſpania in Galliam transeunt. c. 20. In his noua terribilisque ſpecies viſa eſt.*

418. Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι
Παρθένοι, μάχαις ἄτρεστοι

Ita poſt Brunckium e Codd. Reg. Sch. edidit; Aldina μάχης, Turn. μάχας cum editore Glasg. In μάχαις facile ἐν ſuppleri poſſet, quod poſitum vides a Soph. Aiac. 365.

Τὸν ἐν δαΐοις ἄτρεστον μάχαις.

Sed μάχας ἄτρεστοι vt praeferam, animus inclinat, quam conſtructionem c. genitiuo et Graecorum et Latinorum conſuetudine confirmatam dabo. In Soph. Oed. T. 885.

εἰ δέ τις - πορεύεται Δίκας ἀφόβητος

In Sept. Aeſchyl. 474.

Ἄλω δὲ πολλὴν, ἀσπίδος κύκλον λέγω,
ἔφριξα δινήσαντος (Ἱππομέδοντος).

Vossius iam in libello illo aureo de Construct. VII. c. 27. T. 2. p. 404. laudavit *vereri alicuius* pro ab aliquo Apulej. Metam. II. p. 86. ed. Oudend. *Vereor ignotae mihi feminae.* Terent. Phorm. V, 8, 78.

Neque *huius* sis *veritus feminae* primariae et Plaut. Mil. Gl. IV, 6, 51. monens. Non. Marcell. de Num. et Casib. p. 763. in Auct. L. L. ed. Godofr. hanc loquendi formam attigisse. — His addiderim Tacit. Annal. I, 62. *exercitum formidolosiorem hostium.* IV, 38. *offensionum pro vtilitate publica non pauidum.* Liv. XXII, 3. *non modo legum ac Patrum maiestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens.* Quem quidem vsum loquendi vna cum nota Strothii ad Liv. XXIV, 22. memoria si tenuisset Doeringius, poetam Venusinum *latinitate sua* donare non ausus esset. Carm. II, XI, 4.

Nec *trepides* in vsum
Poscentis *aeui* pauca

Quorum verborum hunc ille fecit ordinem: *nec trepides in vsum aeui poscentis*

pauca, *trepidare in vſum*, h. e. quod attinet ad vſum, eodem ſcilicet modo dictum eſſe ſtatuens, vt *cauere in horas* II, 13, 14.

Quid quisque vitet, numquam homini ſatis *cautum eſt in horas*.

Sed quis quaeſo *trepidare in vſum* dixit, aut *metuere*, *timere*, *ſollicitum eſſe in rem?* Etenim non vbique conſtructionem *in* (*εἰς*) c. acc. h. e. *quod attinet ad* admitti poteſt nec hic campus euagandi analogiae eſt tradendus. Sed et vſus particulae *in* locutione *cauere in horas* virum doctum latuit, quae, vti Graecorum *εἰς*, vid. Viger. Idiot. p. 594., tempori deſignando inſeruit. Tacit. Ann. II, 47. (Sardianis) *Tiberius*, *quantum aerario aut fiſco pendebant*, *in quinquennium remiſit.* Quid vero eſt, quod in Horatio Graecismum in verbis *trepidare aeui poſcentis pauca in vſum*, ferendum non putes, qui II, 6, 7. *laſſus maris* III, 17, 16. *ſolutus operum* et ſexcenta alia loca intacta reliqueris, in quibus poeta Venuſinus Graecorum veſtigia perſequens, vt ſe

quam longiſſime a trita et plebeia loquendi conſuetudine abduceret Graecas loquendi formas feliciſſime imitatus eſt? — Exemplorum vberrimam copiam in Ind. Horat. Syntact. p. 99. diligenter collegit Wetzel. — Attamen eundem illum Doeringium Graecorum vſus loquendi etiam fefellit Epod. 17, 81.

Plorem artis, in te nil habentis exitum. Admodum enim duram eſſe clamat conſtructionem *plorem artis*. Sed et Virgil. Aen. II, 784. dixit

lacrimas dilectae pelle *Creuſae*.

et Graecis frequens et propria ea loquendi forma, quam ſi declararem, operae pretium duxi me eſſe facturum. Hom. Od. δ, 104.

Τῶν πάντων ϑ' τόσσον ὀδύρομαι, ἀχνύμενός περ,
ὡς ἑνός.

ibidem 108. ἐμοὶ δ' ἄχος αἰὲν ἄλαστον κείνϑ.

Soph Electr. 1117.

εἴπερ τι κλαίεις τῶν Ὀρεστείων κακῶν.

Ibidem 1074.

Πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει
Ἠλέκτρα, τὸν ἀεὶ, πατρὸς
δειλαία, στενάχουσα.

Brunckius edidit, genitiuum πατρὸς ab adiectiuo δειλαία pendere monens, vel, si mauis, a suppresso ἕνεκα. Sic infr. 1209. ὢ τάλαιν' ἐγὼ σέθεν. Sed virum doctissimum in hac interpretatione sui dissimilem fuisse apparet. Nam verba

τὸν ἀεὶ πατρὸς
δειλαία στενάχουσα

nulla interpunctione seiungenda, ita construi iubet ratio linguae Graecae: στενάχουσα Πατρὸς τὸν ἀεὶ δειλαία. — δείλαιος quidem et similia cum genitiuo constructa reperiri non negauerim, at idem hoc tantum initio orationis vsu venire contendo, vt 1143.

οἴ μοι τάλαινα τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς.

cuius rei exempla multa dedit Wakefield ad Eurip. Herc. F. 114. p. 16. Alcest. 747. p. 217. nec genitiuum tum ab adiectiuis pendere puto, qui exclamationes οἴ

μοι, φεῦ, ὦ πόποι, ὀτοτοῖ, αἶ αἶ alias cum genitiuo coniunctas videam. Soph. Electr. 1179.

οἴ μοι ταλαίνης ἄρα τῆσδε συμφορᾶς.

1183. φεῦ τῆς ἀνύμφȣ δυσμόρȣ τε σῆς τροφῆς.

Aeſch. Perſ. 730.

ὦ πόποι κεδνῆς ἀρωγῆς κἀπικȣρίας στρατȣ.

912. ὀτοτοῖ, βασιλεῦ, στρατιᾶς ἀγαθᾶς.

922. Αἶ, αἶ, κεδνᾶς ἀλκᾶς. Adde, quod contrarum, ὀά Perſ. 114. Caeterum haec conſtructio ex conſtructione verborum lugendi c. gen. repetenda eſſe videtur. Quod autem δειλαία participio στενάχȣσα adiungo, in eo auctorem ſequor Tragicorum conſuetudinem, verbis ſaepiſſime adiectiua δείλαιος τάλας, ἄθλιος, δυστυχὴς adiicientium. Soph. Electr. 164.

ὃν ἔγωγ' ἀκάματα
προσμένȣσ', ἄτεκνος
τάλαιν' ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ

Trachin. 789.

ἐπεὶ δ' ἀπεῖπε, πολλὰ μὲν τάλας χθονὶ
ῥίπτων ἑαυτόν.

Adde Elect. 1141. Trachin. 1005. Maior vis inest adiectiuo cum articulo coniuncto, tumque ἐγὼ vel nomen substantivum additum obseruaui. Elect. Soph. 1138.

κοὔτ' ἐν φίλῃσι χερσὶν ἡ τάλαιν' ἐγώ.

282. 304. Ita in Sept. Aeschyl. 901.

ἐκ φρενὸς, ἃ κλαιομένας μου μινύθει,
τοῖνδε δυοῖν ἀνάκτοιν,

cum ἀνάκτοιν a κλαιομένας pendeat, interpunctio erat corrigenda. Rationem autem genitiui parum perspexit Br. et Sch. — Ne tamen vbique hanc constructionem verborum lugendi c. genetiuo desideres, moneo, et accusatiuum et datiuum reperiri iis adiunctum. Soph. Electr. 133.

μὴ οὐ τὸν ἐμὸν στοναχεῖν πατέρ'
ἄθλιον.

et Aesch. Prom. 99. Soph. Elect. 148. ὀλοφύρομαι. Prom. 409. 436. στένειν. Pers. 578. πένθειν 581. δύρομαι, et ibidem ἀμβοάω 571.

βαρὺ δ' ἀμβόασον
οὐράνι' ἄχη.

quae Schützius interpretatur *grauiter vociferamini clamoribus lugubribus ad coelum ſublatis.* Non autem id dixit Aeſchylus, ſed *magno et flebili clamore lugete calamitatem immenſam.* ἄχη ὀράνια eſt calamitas immenſa, vt 580. δαιμόνια ἄχη. Adde Soph. Antig. 418. ὀράνιον ἄχος. et Sept. 78. φοβερὰ μεγάλα τ᾽ ἄχη. Ita ἄχη calamitas Sept. 927. et Soph. Ant. 1247. et ὀράνιος immenſus Soph. Ajac. 196. — Pariter ἀναβοᾶν Eurip. Bacch. 1143. ἀναβοάσωμεν ξυμφοράν, et διαβοᾶν Perſ. 637.

παντάλαν᾽ ἄχη διαβοάσω

Iam Homerus duplicem c. gen. et acc. ſtructuram praeiuerat. Od. δ. 100. πάντας μὲν ὀδυρόμενος. 104. τῶν πάντων ὀδύρομαι. Sed et conſtructiorum cum datiuo aliquot docere exemplis et Graeca cum Latinis contendere iuuat. Aeſch. Perſ. 279.

Ἰύζ᾽ ἄποτμον
βοὰν δυσαιανῆ πέρσαις.

294. Λέξον καταστάς, κεὶ στένεις κακοῖς ὅμως. vbi Sch. coniecturam

ὁμῶς receptam manifesto falsam vel Sept. 697.

πείθȣ γυναιξί, καίπερ ȣ̓ στέργων
ὅμως

repudiat. Adde Soph. Oed. Col. 957.

ἐρημία με, κεἰ δίκαι' ὅμως λέγω,
σμικρὸν τίθησι· πρὸς δὲ τὰς πράξεις
ὅμως
καὶ τηλικόσδ' ὢν, ἀντιδρᾷν πειράσομαι

qui locus etiam de repetitione vocis ὅμως Aeschylum tuetur. Mecum sentit amicissimus Iacobs, aequissimus Censor, All. L. Z. 1801. n. 133. p. 297.

Pers. 726. καὶ τί δὴ πράξασιν αὐτοῖς
ὧδ' ἐπιστενάζετε;

Eurip. Alcest. 497.

στενάζει τοῖσιν Ἄδμητος κακοῖς.

Soph. Elect. 1201.

μόνος γὰρ ἥκω τοῖσι σοῖς ἀλγῶν
κακοῖς.

vbi coniectura, quam Erfurdt recepit, ingeniosa τοῖς ἴσοις non opus est. Adde ὀλοφύρομαι κακοῖς Thucyd. VI, 78. Tibull. II, 5, 103.

Nam ferus ille *suae plorabit* ſobrius idem vid. Heyn. ad Tibull. III, 2, 14. — Sed quamquam vereor, ne, qui haec legent, in re ſatis aperta plus ſatis immoratum eſſe me iudicent, et illud quaſi praetereuntes notemus, *verbis iraſcendi et aegre ferendi cum verbis lugendi et querendi conſtructionem cum genitiuo et datiuo communem eſſe*, ita tamen, vt datiuus plerumque eum declaret, cui ſuccenſes, genitiuus autem rem, ob quam iraſceris. Ita genitiuo coniunguntur χολȣ̃μαι Il. ν, 203. ψ, 23. Od. α, 69. Eurip. Alc. 5. χώομαι Il. α, 429. ν, 165. κοτέω Il. δ, 168. Quae quidem conſtructio, duplicem viam video, qua explicari poſſit. Primum genitiuum a ſuppreſſa praepoſitione περὶ pendere exiſtimanti ſuffragatur locus ex Il. ι, 449.

ὅς μοι παλλακίδος περιχώσατο καλλικόμοιο

ad cuius ſtructuram et verbum μέμφεσθαι exigendum eſſe apparet Aeſch. Sept. 637.

ὡς ȣ̓́ποτ' ἀνδρὶ τῷδε κηρυκευμάτων μέμψει.

Sed haud fcio an melius illam a genitiui Graecorum, Latinorum etiam, ratione repetendam putem. Cum enim genitivus ita creberrime ponatur, vt φόβος τῶν πολεμίων metus hoftium non folum eum fignificet *metum, qui hofti infit*, fed etiam *metum ex hofte* (adde μακάρων λιτάς. Sept. Aefch. 199.) ingenio Graecae linguae aptiffimum eft, ftatuere, inde factum effe, vt verba ab eiusmodi fubftantiuis deriuanda eundem ac fubftantiua cafum adfcifcere poffint. Certe inde patet, quomodo adiectiua, ab eiusmodi fubftantiuis deducenda, duplici modo fint pofita, vt φόβος πολέμιος Sept. Aefch. 255. *metus hoftilis* Sall. Iugur. 37. etiam *metum ex hofte* fignificet. Hinc facillimum eft explicare, quomodo verba metuendi, lugendi et alia cum genitiuo fint iuncta. Quot vero tum praepofitionum adminiculis, quas taediofe in eiusmodi conftructionibus arceffunt viri docti, lubenter carebis! χόλος autem c. genitiuo occurrit Hom. Il. ζ, 335. Liv. XXI, 2. *ob iram*

interfecti domini. κότος apud Aefch. Eum. 489.

ὅτε γὰρ βροτοσκόπων
Μαινάδων τῶνδ' ἐφέρ-
ψει κότος τις ἐργμάτων

Quem locum, vt hoc ὁδῶ πάρεργον admoneam, ita accepit Sch. *Non enim pofthac eiusmodi facinora Furiarum in homines animaduertentium ira perfequetur.* At ἐργμάτων a κότος pendet, neque βροτοσκόποι μαίναδες funt Furiae in homines animaduertentes, fed *hominum curam habentes.* Latinorum *animaduertere* in errorem induxit virum doctiffimum, vt eandem fignificationem verbo σκοπεῖν affingeret. Senfum epitheti βροτοσκόπων egregie exprimit Soph. Electr. 112.

σεμναί τε θεῶν
παῖδες Ἐριννύες, αἳ τοὺς
ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε,
τοὺς τὰς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους.

Conftructionem c. dat. confirmant ὀδύομαι. Hom. Od. α, 62. κοτέομαι 101. — μενεαίνειν 21. θυμοῦσθαι. Eum. Aefch. 719.

ὑπεράχθομαι Elect. Soph. 177. — χαλεπαίνειν Xen. Anab. I, 4, 12. ἀλγεινῶς φέρειν Soph. Philoct. 1011.

δῆλος δὲ καὶ νῦν ἐστιν ἀλγεινῶς
φέρων.
οἷς τ' αὐτὸς ἐξήμαρτεν, οἷς τ' ἐγὼ
ἔπαθον.

vbi Br. p. 403. *οἷς id eſt δι' ἃ datiuus* cauſa. Neque ἀλγεινῶς φέρειν neque ἐξαμαρτάνειν cum διὰ conſtrui poteſt. οἷς eſt τούτοις ἅ. Eandem ſtructuram habet χαλεπῶς φέρειν Xenoph. Anab. I, 3. 3. μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασιν. — χαλεπῶς ἔχειν Arrian. exped. I, 7. Appoſitum ἐπὶ Aeſch. Sept. 765. ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν; περὶ Apoll. Argon. δ, 616. Apollo χωόμενος περὶ παιδί. Heſiod. in ἀσπιδ. 12. χωσάμενος περὶ βουσί. Hinc in Hom. Il. ν, 206. legendum cenſeo

καὶ τότε δὴ περὶ κῆρι Ποσειδάων
ἐχολώθη
υἱωνοῖο πεσόντος ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.

Vulgo πέρι pro περισσῶς, κῆρι pro ἐν κῆρι accipiunt, poſt ἐχολώθη commate

distinguentes. Nec tamen statuam, dativum his verbis iunctum auxilio praepositionum περὶ vel ἐπὶ explicandum esse, quippe qui malim, hanc etiam constructionem a constructione substantiuorum χόλος Il. α, 283. χόλον Ἀχιλλῆι. Apoll. Arg. β, 1195. ζηνὸς χόλον Αἰολίδῃσιν. et κότος repetere.

Prom. 450. ἔφυρον εἰκῇ πάντα, κοὔτι πλινθυφεῖς
δόμους προσείλους ᾖσαν, οὐ ξυλουργιάν
κατώρυχες δ' ἔναιον.

κοὔτι edidit Sch. in minori editione. Vulg. κοὔτε, quod sanum. οὔτε - οὐ se excipiunt, praesertim sequente δὲ. Soph. Antig. 249. οὐκ οἶδ'. ἐκεῖ γὰρ οὔτε του γενῇδος ἦν πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐκβολή· στύφλος δὲ γῆ. Quae nescio an defendere possint Tacit. Annal. I, 32. *Id militares animos altius coniectantibus praecipuum indicium magni atque implacabilis motus, quod neque disiecti, nil* (pro *non*) *paucorum instinctu, sed pariter ardescerent pariter silerent;* quamquam Wolfium *nec* pro *nil* recepisse video. — Choeph. 289.

καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε κρατῆρος μέρος εἶναι μετασχεῖν, οὐ φιλοσπόνδου λιβὸς, βωμῶν τ' ἀπείργειν. quae, cum in Comment. p. 45. οὔτε - τε se excipere (adde Elect. Soph. 1078. Aesch. Prom. 245. neque - et) bene notasset, mirum est eum ita expressisse: *et huiusmodi homini nec conuiuiis interesse licere*, nec (leg. aut) *libationibus; ab altaribus autem* (leg. et ab altaribus) et rel.

462. Κἄζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα ζεύγλῃσι δουλεύοντα σάγμασιν θ', ὅπως θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων γένοινθ' ὑφ' ἅρμα τ' ἤγαγον φιληνίους ἵππους, ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς. Correctionem Dawesii Miscell. Crit. p. 268. γένοινθ' pro γένωνθ', lectione omnium Codd. et edit. principum, iubente Heathio, Brunckius Schützius edit. Glasg. receperunt, illud γένωνται soloecum esse certatim canentes. Nec quidquam valuit Hermanni, viri summi, auctoritas, qui Obseruatt. Crit. p. 20. γένωνται retinendum esse ex Choeph. 730. Aristoph. in Eccles. 116. Pindar. Pyth. IV. 160.

probatum fuerat, vt Schützius in min. ed. γένωνϑ' repofuerit. Nec mirum, cum multi viri docti doctrinam de modis Graecorum et particularum ftructura non ita magni faciant. In quos referre non dubito Schneiderum, cuius feftinatione, qua editiones aliam fuper aliam parat, incredibile eft, quantum etjamnum corruptus legatur Xenophon. Is igitur cum aliis fuam cognitionem linguae Graecae prodidit, tum animaduerfione hac Xenophont. Anab. II, 1, 2. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, συσκευασαμένοις, ἃ εἶχον, καὶ ἐξοπλισαμένοις, προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν, ἕως Κύρῳ συμμίξειαν adfperfa: ἕως Κύρῳ. *Ita Parif. et Eton. Vulgabatur* ὣς, *quod coniunctiuum habere folet.* Nihilo minus idem ille vir doctus etiamnum dubitat libr. I, 6, 9. συμβουλεύω ἐγὼ, τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκποδὼν ποιεῖσθαι ὡς τάχιστα, ὡς μηκέτι δέοι τοῦτον φυλάττεσθαι pro ὡς δέοι fcribere ὡς δέῃ, quod dudum Buttmannus et Hermannus Obfervatt. Crit. p. 21. 22. vnice verum dixerunt. Putat igitur Graece effe

dictum ἔδοξεν - προϊέναι - ὡς συμμίξωσιν! Sed id, vt Cyro coniungerentur, vtpote cogitatum per optatiuum declarandum erat, vt in Soph. Elect. 715.

ὁμοῦ δὲ πάντες ἀναμεμιγμένοι
Φείδοντο κέντρων οὐδὲν, ὡς ὑπερβάλοι
χνόας τις αὐτῶν καὶ φρυάγμαθ' ἱππικά.

Hoc igitur nomine ὡς lectioni alteri ἕως longe praeferrem. Equidem Hermanno adſentiens, coniunctiuum γένωνται duabus de cauſis tuendum puto, primum quod res verbis ὅπως - γένωνται expreſſa nondum deſierat, cum Prometheus hoc ſuum beneficium iactabat, deinde quod Graecos non ſolum perfecto, quod rationem ſequitur praeſentium temporum, ſed aoriſto, etiam praeterito et imperfecto, ita vti ſcio, vt coniunctivus ſequatur, de qua re amiciſſimum Diſſenium in diſput. de tempor. et mod. verb. Gr. p. 41. 42. mecum ſentire laetor. Eurip. Hec. 26.

καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς
μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.

Aesch. Perf. 691.

ἥκω· τάχυνα δ', ὡς ἄμεμπτος ὦ χρόνȣ. quamquam Kuhnius ad Polluc. VII, 5. §. 24. hunc locum propter ellipſin particulae ἕνεκα in voce χρόνȣ laudans, τάχυνε δ' imprimendum curauit. Adde Hom. Il. δ, 486. et ε, 567. Xenoph. H. Gr. I, ι, 15. τῇ δὲ προτεραίᾳ, ἐπειδὴ ὡρμίσαντο, τὰ πλοῖα πάντα καὶ τὰ μικρὰ συνήθροισε παρ' ἑαυτὸν, ὅπως μηδεὶς ἐξαγγείλῃ τοῖς πολεμίοις τὸ πλῆθος τῶν νεῶν. II, 1, 5. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Ἐτεόνικος συγκαλέσας τȣ̀ς Χίȣς, χρήματα ἐκέλευσε συνεισενεγκεῖν, ὅπως οἱ ναῦται λάβωσι μισθὸν, καὶ μὴ νεωτερίσωσί τι. — Thucyd. I, 57. δεδιώς τε ἔπρασσεν, ἔς τε τὴν Λακεδαίμονα πέμπων, ὅπως πόλεμος γένηται αὐτοῖς πρὸς Πελοποννησίους. I, 56. τῶν γὰρ Κορινθίων πρασσόντων, ὅπως τιμωρήσωνται αὐτȣ̀ς, ὑποτοπήσαντες τὴν ἔχθραν αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι — ἐκέλευον. Quae, opinor, ſatis tuentur Apoll. Argon. α, 15.

Καὶ οἱ ἄεθλον

ἔντυε ναυτιλίης πολυκηδέος, ὄφρ' ἐνὶ πόντῳ

ἠὲ καὶ ἀλλοδαποῖσι μετ' ἀνδράσι

νόστον ὀλέσσῃ.

ab emend. Br. ἠέ κεν, καὶ otiosum frigere pronuntiantis. Sed illud καὶ post ἢ positum equidem vehementer miror, virum doctum male habuisse. Hom. Od. α, 174.

ὄφρ' εὖ εἰδῶ,

ἠὲ νέον μεθέπεις, ἢ καὶ πατρώϊός ἐσσι

ξεῖνος;

267. ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται,

ἤ κεν νοστήσας ἀποτίσεται, ἠὲ καὶ οὐκι.

vt multa alia omittam loca. Ita integrum censeo Apoll. δ, 241.

οἱ δ' ἀνέμου λαιψηρὰ θεῆς βουλῇσιν

ἀέντος

Ἥρης, ὄφρ' ὤκιστα κακὸν Πελίαο δόμοισιν

Αἰαίη Μήδεια Πελασγίδα γαῖαν ἵκηται,

ἔδησαν.

Sed Br. hunc et complures locos temere correxit, quod idem indicauit Herman-

nus ad Orph. p. 736. quem tamen cum ibidem et p. 812. in hac ſententia fuiſſe appareat, vt ſerioris praeſertim aetatis ſcriptores coniunctiuum poſt praeterita poſuiſſe cenſeret, neque eorum, quae ipſe Obſeruatt. Crit. p. 20. 21. et de emend. rat. G. G. p. 211. contenderat, neque ſexcentorum locorum apud Thucydidem et Xenophontem obuiorum recordatus eſſe videtur. vid. etiam Matth. Gram. §. 518. p. 733. — Contra Graeci poſt praeſens, pro praeterito poſitum, optatiuum non reſpuunt. Aeſch. Perſ. 449.

ἐνταῦθα πέμπει τᾶσδ', ὅπως —
κτείνοιεν εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατὸν,
φίλους δ' ὑπεκσώζοιεν ἐναλίων πόρων.

vbi non imiter Schützium, in edit. minori editoris Glasg. coniecturam *κτείνειαν* formae *κτείνοιεν* ſubſtituentem, praeſertim cum *ὑπεκσώζοιεν* ſequatur. Luc. dial. D. IX. *καὶ ἐπειδὴ ἐποίησα, διελὼν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν, ἐντίθησιν, ὡς ἀποτελεσθέιη ἐνταῦθα.* Soph. Elect. 757.

Καί νιν πυρᾷ κήαντες εὐθυς —
φέρουσιν ἄνδρες Φωκέων τεταγμένοι
ὅπως πατρῴας ἐκλάχοι χθονός.

quamquam Erfurdt ex Cod. Ien. ἐκλάχῃ recepit. Nec Latinos, Graecorum vbique veſtigia prementes, niſi coniunctiuus eorum optatiui Graeci ſignificatione praeditus eſſet, vbique diſcrimen optatiui et coniunctiui poſt coniunctiones *vt*, *ne*, *quin*, *quo minus* ſancte ſeruaturos fuiſſe vel id fidem facit, quod poſt illas Graecorum more tempora promiſcue vſurparunt. Tacit. Ann. I, 21. *nihil reliqui faciunt, quo minus inuidiam, miſericordiam metum et iras permouerent*, quod perperam in *permoueant* mutandum eſſe cenſuit Erneſti, vt *praecipitantur* in *praecipitabantur*. II, 23. *equi iumenta ſarcinae etiam arma praecipitantur, quo leuarentur aluei*, quam correctionem merito improbauit Wolfius, ſed condonandum hoc eſt viro ſummo, orationi caſtigatae Ciceronis adſueto. Caeſ. B. G. I, 7. *legatos mittunt (Heluetii) qui dicerent.* Adde Virg. Aen.

VI, 533. Ovid. Heroid. XII, 39. et Morum ad Caes. B. G. p. 9. 10. —

Hinc probatum ibimus, nihil ad integritatem deesse loco Tacit. Ann. I, 29. *Drusus-negat, se terrore ac minis vinci: flexos ad modestiam si videat, si supplices audiat, scripturum patri, vt placatus legionum preces exciperet:* vbi Ernesti vulgatum *exciperet* a librario Longobardico vel germanizante esse pronuntians *excipiat* legendum esse censet, adsentientibus ceteris, nec rem expediente Wolfio. *Negat* autem est pro *negauit* accipiendum, hinc *scripturum* (esse), quod a perfecto pendet, pro *futuro praeteriti.* Infinitiui enim non continent certam notationem temporis, quod Dissenius meus in Comment. de temp. et mod. V. Gr. probauit, sed *scripturum esse* in praesenti, vel praeterito vel futuro poni potest. His notatis, *exciperet* accommodate ad praeterita scribendum erat, non *excipiat.* Hancque rationem scribendi, quae in oratione obliqua tenenda est, ipse Tacitus confirmat. Ann. III, 47.

nunc, (*adiunxit Tiberius*) *quia non metu ducatur, iturum, vt praesentia spectaret componeretque;* quo loco neminem offensum esse, miror. Adde Caes. B. G. I, 20. *qua ex re futurum* (*Diuitiacus dixit*) *vt totius Galliae animi a se auerterentur.* Exempla infinitiui *fore* vide Tacit. Hist. I, 22. Cic. de Fin. I, 1. Prom. 604. Ἀλλά μοι τορῶς τέκμηρον,

ὅ τι μ' ἐπαμμένει παθεῖν,
τί με χρὴ, τί φάρμακον νόσε.'
δεῖξον, εἴπερ οἶσθα· θρόει,
φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ.

Leviusculum est sane hoc, quod adiiciam, veruntamen, et quod ad Aeschylum emendandum pertinet, et quod mihi viam ad alia loca exploranda munit, non omittendum. Displicet iunctura verborum τί με χρὴ cum verbo τέκμηρον, quae ad δεῖξον referre praestat; quare interpunctionem post νόσε delendam censeo. Nec probauerim versionem Sch. *quid me facere oporteat, ecquod morbi remedium sit.* Vertendum est, *quod me morbi remedium adhibere opor-*

teat. Τί iteratum vim auget, vt in Soph. Philoct. 135.

Τί χρή, τί χρή με, δέσποτ' ἐν ξένᾳ.

Eodem modo κλύετε repetitum Sept. 156.

κλύετε παρθένων, κλύετε πανδίκως χειροτόνους λιτάς.

Vti vtrumque τί ad φάρμακον pertinet, ita τίς positum vides apud Soph. Philoct. 236.

τίς σ', ὦ τέκνον, προσέσχε, τίς προσήγαγε.

χρεία; *quae te, o fili, appulit, quae adduxit necessitas.* Male Br. *quis* te huc appulit? Caeterum ellipsis verbi δρᾶν s. ποιεῖν insolita, vbi praeterea legatur, equidem haud facile dixerim, haec autem verba post οὐδὲν ἄλλο-ἤ vel τί δ'ἄλλο-ἤ omitti obseruaui. Xen. Anab. II, 5, 10. εἰ δὲ δὴ καὶ μάνεντες σὲ κατακτείναιμεν, ἄλλο τι ἄν, ἤ, τὸν ἐνεργέτην κατακτείναντες, πρὸς βασιλέα τὸν μέγιστον ἔφεδρον ἀγωνιζοίμεθα; Aesch. Pers. 208.

ὁ δ' οὐδὲν ἄλλο γ', ἢ πτήξας δέμας παρεῖχε.

vbi vid. Br. Hinc ſane intelligitur, illam dicendi rationem *nihil aliud-quam, quid aliud-quam* Romanis domeſticam non eſſe, ſed trans mare petitam. Tacit. Ann. IV, 34. *Marci Ciceronis libro, quo Catonem coelo aequauit, quid aliud Dictator Caeſar, quam reſcripta oratione velut apud iudices reſpondit.* Neque tamen in Sept. 836.

τί δ᾽ ἄλλο γ᾽ ἢ πόνοι πόνων,
δόμων ἐφέστιοι.

eadem ratio tenenda, nec Schützio credendum, ita ſupplenti τί δ᾽ ἄλλο γὲ φῶ, ἢ ὅτι π. Vnde illud ὅτι venerit, non vacat quaerere. Schützius quidem viae ſuae rationem non reddit. Chorus corpora Polynicis et Eteoclis ſpectans exclamat: *quid vero aliud eſt quam maxima mala, domum vrgentia.* Ita reddenda verba πόνοι πόνων, non cum Sch. *aliae ex aliis calamitates.* Geminatio eiusdem ſubſtantiui vim ſuperlatiui infert. Soph. Oed. Col. 1237.

γῆρας ἄφιλον, ἵνα πρόπαντα
κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ.

K

Eandem loquendi formam, qui recte de Graecis literis iudicare possunt, a Schützio ignoratam fuisse agnoscent et profitebuntur in Pers. 1027.

Ξερ. βόα νυν ἀντίδουπά μοι

χορ. δόσιν κακάν κακῶν κακοῖς.

Ita geminatio eiusdem adiectiui pro superlatiuo est. Soph. Electr. 849.

δειλαία δειλαίων κυρεῖς

vbi vid. Br. p. 456. et ad Oed. R. 465. p. 376. Quae loca docent, quomodo intelligenda sint verba πιστὰ πιστῶν in Pers. 680.

ὦ πιστὰ πιστῶν, ἥλικές θ' ἥβης ἐμῆς,

Πέρσαι γεραιοὶ, τίνα πόλις πονεῖ πόνον;

Schützius verba πιστὰ πιστῶν reddit: *fidi fidorum dominorum consiliarii*, quod quidem falsissimum!

625. Μή τοι με κρύψῃς τοῦθ', ὅπερ μέλλω παθεῖν.

Schützius in Var. Lect. ed. min. μή τοι non satis aptum iudicans, proposuit:

μὴ δέ τι με κρύψῃς τῶνδ', ἅπερ μέλλω παθεῖν.

quod cum et dactylus μὴ δέ τι male illatus, nec emendatio non violenta habenda ſit, numquam probaui. Prometheus priori verſu

Τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον ἢ μαθεῖν τάδε

plura de malis Iûs addere cum recuſaſſet, haec apte reponit: *ne tamen me cela, quae pati debeo.* Τοι haud ſcio an commode *tamen* vertas. Certe Schützius male *igitur* reddidit. Non enim vmquam crediderim, τοι rem affirmare tantum, ſed ita plerumque hanc particulam poſitam vidi, vt hortari vel poſtulare videretur, vt aliquid fieret vel crederetur. Hanc quidem vim habet in μέντοι, ἦτοι et ἤτοι, nec non in γάρ τοι. Caſandram, ſortem ſuam iniquo animo ferentem, his monet Clytaem. in Agam. 1031.

μηδ' ὑπερφρόνει.

καὶ παῖδα γάρ τοι φασὶν Ἀλκμήνης ποτὲ
πραθέντα τλῆναι, καὶ ζυγῶν θιγεῖν βίᾳ

vbi particula τοι hortatur, vt fortunae ſe lubenter ſubmittat Caſandra.

680. ἀπροσδόκητος δ' αὐτὸν ἀιφνίδιος μόρος
τοῦ ζῆν ἀπεστέρησεν,

Anapaeſtum in ſede quinta delendum eſſe ſi quis cenſeat; videat, an reponendum ſit ἐξαίφνης ex Schol. explicat. ἀιφνίδιος μόρος] ἐξαίφνης μόρος. adverbium adiectiuo et ſubſtantiuo interponitur participio omiſſo Soph. Philoct. 208. βαρεῖα τηλόθεν αὐδά. Agam. Aeſch 96. πελάνῳ μυχόθεν βασιλείῳ; niſi velis ἐξαίφνης ad verbum ἀπεστέρησεν referre. Idem tamen anapaeſtus in Agam.

"Αλις παρὰ Σκάμανδρον ἦλθες ἀνάρσιος.

quomodo tollendus ſit, reputent acutiores

843. Ενταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα
ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρί καὶ θίγων μόνον,
ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς θιγημάτων
τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον.

Schützius correctionem Peyraredi θιγημάτων Valckenario Phoen. 639. probatam, Brunckio iam receptam, amplexus eſt, Sed licet crimen ſtultitiae ex Br. ſententia ei timendum ſit, qui vulga-

tam γεννημάτων defendere audeat, equidem tamen, periculum nimiae in tuenda prisiina lectione religionis haud veritus, vulgatam retinendam esse censeo. Iupiter Io grauidam reddidit manus contrectatione, quod et Sch. vid. Comment. p. 144. intellexit et Aeschylus docet in Suppl. 313.

Καὶ Ζεύς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον.

315. Ἔπαφος ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.

Eadem vero manus contrectatione Io et sanam et grauidam esse factam, cum consiet, et res in Supplicibus eadem prorsus ratione sit exposita, (nam ῥυσίων ad *liberationem a furore* est referendum), nisi quod in Prometheo Iupiter Io sanam contrectatione reddidisse traditur et a generatione nominatum Epaphum esse, in Supplicibus vero, Iupiter contrectatione manus filium generasse dicitur, et a reddita sana mente Epaphus appellatus esse, quid quaeso iustae causae reperiri potest, vt lectionem

omnium Codd. et edit. principum γέννημα, *generatio*, ſignificatione vocis γονή poſitum (vid. eandem analogiam in πέσημα) commutandam eſſe doceas cum correctione θίγημα, quod vocabulum nusquam, quod ſciam, legitur? Nec Heſychii auctoritate nec deriuandi ratione θίγημα defendere queas. Id igitur teneamus, Aeſchylum et in Prometheo et in Supplicibus rem omnibus notam breuius et negligentius narraſſe. Mecum ſentit editor Glasg., qui Abreſchii emendationem θιγών, quod Schützium fefellit, ἐπαφῶν retinens, cur receperit, nescio. Res narratur praeſenti, Iupiter autem Io et ſanam et grauidam reddit centrectans; recte igitur poſita participia praeſentis ἐπαφῶν θίγων. Nec Schol. legiſſe ἐπαφῶν, quod Abreſchius et Schützius opinati ſunt, ex eius explicatione ἐφαψάμενος demonſtrari poteſt. Quin ab ἐπαφάω Aor. 11. formari poſſe, qui credat praeter Abreſchium et Schützium, neminem facile reperies. Nec forma praeſentis, de qua Schneiderus

dubitauit, in ambiguo eſt. vid. Soph. Phil. 9. Caeterum θιγεῖν pro θίγειν reſcribendum eſt in Agam. 1027 ſq. quem locum ita legendum cenſeo

Εἴσω κομίζου καὶ σύ, Κάσανδραν λέγω,
ἐπεί σ' ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτως δόμοις
κοινωνὸν εἶναι χερνίβων πολλῶν μέτα
δούλων, σταθεῖσαν κτησίου βωμοῦ πέλας,
ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε, μηδ' ὑπερφρόνει.
καὶ παῖδα γάρ τοι φασὶν Ἀλκμήνης ποτὲ
πραθέντα τλῆναι, καὶ ζυγῶν θιγεῖν βίᾳ.
εἰ δ' οὖν ἀνάγκη τῆσδ' ἐπιρρέποι τύχης,
ἀρχαιοπλούτων δεσποτῶν πολλὴ χάρις.
οἳ δ' οὔποτ' ἐλπίσαντες ἤμησαν καλῶς,
ὠμοί τε δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην.
ἔχεις παρ' ἡμῶν οἷάπερ νομίζεται.

Lectio ἀμηνίτοις, ex Aurati coniectura a Sch. recepta, vulgatam expulit ἀμηνίτως. Quomodo enim, inquit Sch., Iupiter *absque ira* Caſandram e libertate in ſeruitutem dediſſe dicatur? Quamquam vel ſic aduerbium ἀμηνίτως defendi poſſet, hoc ſenſu acceptum: *Iupiter benigne id dedit, vt in noſtris aedibus*

seruires ἀρχαιοπλούτοις 1035., pronior tamen sim ἀμηνίτως ad ipsam Clytaemnestram referre: *Cum Iupiter rem ita constituerit beneuole*, quippe qui Troiam expugnandam dedisset, captiuosque in seruitutem ducendos, *vt* etc. ἀμηνίτως hoc quidem sensu egregie conueniret animo Clytaemnestrae laetitia et superbia ferocientis, nec sibi temperantis, quin laetitiam suam proderet. — θιγεῖν pro θίγειν scribendum esse vel τλῆναι docere poterat. πραθέντα τλῆναι vertit Sch. *venditum seruitutem tolerasse.* Sed τλῆμι qui hoc sensu absolute posuerit, equidem inuenire non potui, nec Schützius, opinor, dicet. At Graecorum loquendi vsus eum latuit, cum verbo τλῆμι participium iungere solitorum. τλῆμι πραθεὶς igitur est *sustineo vendi, non recuso venditionem*, Apollon. Argon. β, 191.

οὐδέ τις ἔτλη
μὴ ὅτι λευκανίηνδε φορεύμενος, ἀλλ' ἀπὸ τηλοῦ
μηδ' ἑστέως.

Soph. Electr. 943.

τλῆναί σε δρῶσαν ἃ ’ν ἐγὼ παραινέσω.

Sept. Aeſch. 737.

πατροκτόνον Οἰδιπόδαν,
ὅστε μὴ πρὸς ἁγνὰν
σπείρας ἄρουραν, ἵν’ ἐτράφη,
ῥίζαν αἱματοέσσαν
ἔτλα.

vbi mirari ſatis nequiui Sch. verſionem *indeque ſanguinolentam ſtirpem tulit.* Quantum differunt verba φέρειν et τλῆναι! Equidem ad Graecam linguam accommodate reddo: *parricidam Oedipum, qui inceſtum aruum, vbi ipſe nutritus fuerat, ſtirpe ſanguinolenta conſerere ſuſtinuit.* Pariter verbo ἀνέχεσθαι participium iungunt. Soph. Electr. 1028.

ἀνέξομαι κλύουσα, χὥταν εὖ λέγῃς.

Apoll. Argon. β, 230.

οὐκ ἔτι τις οὐδὲ μίνυνθα βροτῶν ἄνσχοιτο πελάσσας.

Aeſchyl. Perſ. 836.

Μόνης γὰρ, οἶδα, σοῦ κλύων ἀνέξεται.

Tibi enim ſoli, ſat ſcio, obtemperare ſuſtinebit; quem locum Schützius aliter quidem ac vulgo, quod ipſe profitetur Comm. p. 107, ſed peius accepit. Quod diſcere poteſt ex Valcken. nota palmaria ad Eurip. Phoeniſſ. 550.

Σὺ δ' ȣ̓κ ἀνέξει δωμάτων ἔχων ἴσον. p. 206. Mecum ſentire video Matthi. Gram. Gr. §. 549. — His erroribus adde quod Eumen. 258. pro ἰσχνάνασα proba omnium Codd. et edit. lectione ἰσχνάσασα ex emendatione intulit, ab ἰσχναίνω ſcilicet deriuandum, quam ſententiam poſt Hermannum demum repudiavit. Praeterea mecum conſideres velim ſoloecismum, quem Eumen. 74.

ὅμως δὲ φεῦγε, μηδὲ μαλθακὸς γένῃ

inferendum eſſe cenſuit correctione μηδε — γενȣ͂ p. 158. vt nimirum participia φεῦγε — γενȣ͂ ſe exciperent. Omitto, quod Prom. 235.

ἐξερυσάμην βροτȣ̀ς
τȣ͂ μὴ διῤῥαισθέντας εἰς Ἅδȣ μολεῖν

τὸ μὴ ȣ̓ corrigere voluit, ab Hermanno leniter reprehenſus Obſerv. Crit. p. 5.

Repugnat enim haec correctio linguae Graecae, quae, vt verbum negationi iunctum particulas τὸ μὴ ϐ praecedat, poſtulat. Eum. 898.

ϐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ ϐ
τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν.

adde Prom. 786. 918. et exempla ab Hermanno ad Viger. p. 772. allata. Schützius autem parum accurate de hac re ad Prom. 865. in Comment. p. 145. diſputauit, nec melius Prom. 320.

Σὺ δ' ϐδέπω ταπεινὸς, ϐδ' εἴκεις κακοῖς.

de varia lectione κακῶν, quam cum Zeunio praefert, conſtructionem verbi εἴκειν vt non inſolitam, et ſonum verborum εἴκεις κακῶν vt iucundiorem venditans. At εἴκειν c. genetiuo eſt *cedere ex aliqua re* Hom. Il. ε, 348.

Εἶκε, Διὸς θύγατερ, πολέμϐ καὶ
δηϊοτῆτος.

cede ex acie. Add. Il. δ, 509. Itaque lectio εἴκειν κακῶν ſenſum nullum habet. Sed huius, quam Sch. probauit, Graecae linguae cognitionis exempla quaedam inſignia infra allaturus, ad Agamemno-

nem redeo, vbi πάντα haud indignum mihi visum est, quod aduerbialiter, vt πάντα apud Xen. Anab. I, 3, 10. πολλὰ ἄλλα apud Thucyd. I, 6, pro πάντῃ positum illustrarem. Soph. Trachin. 338.

τούτων ἔχω γὰρ πάντ' ἐπιστήμην ἐγώ.

Brunckii explicationem πάντ' h. e. κατὰ πάντα male respuit Erfurdt, Wakef. coniecturam κάρτ' recipiens, quoniam illud πάντα claudicaret, haecque durities facile potuisset a Sophocle euitari. Sophoclem facile aliam structuram eamque faciliorem sumere potuisse fateor, sed poetam a vulgata et trita via recedere quis miretur, quis eum in ordinem cogere audeat? — Id tamen in eodem vocabulo bis apud Aeschylum tentauit Schützius. In Pers. 831.

πάντα γὰρ
κακῶν ὑπ' ἄλγους λακίδες ἀμφὶ σώματι
στημοῤῥαγοῦσι ποικίλων ἐσθημάτων.

Correctionem in Comment. p. 107. propositam παντὶ in edit. minori recepit, quasi πάντα pro πάντῃ überall nusquam

inueniretur nec ad verba ἀμφὶ σώματι eodem ſenſu referri poſſet; ſicut in Pind. Pyth. IX, 18.

ἐφαπτομένα χειρὶ κοῦφα

κοῦφα cum ἐφαπτομένα iunctum eundem ſenſum habet ac ſi poeta χειρὶ κούφᾳ quod per metrum non licet, ſcripſiſſet. Adde Hom. Il. α, 384. Caeterum in eam partem inclino, vt lectionem Cod. Moſq. σώμασι recipiendam putem. Latini etiam de vno corpore pluralem *corpora* poſuerunt. Ovid. Heroid. VI, 129. XII, 45. XIV, 126. Ita ἅρματα pro ἅρμα. Perſ. 189. cf. Voſs. ad Virg. Ecl. III, 36. p. 120. — In Perſ. 394.

Σάλπιγξ δ' αὐτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν.

Schützius in πάντ' ἐκεῖν' haerens πάντα θῖν' correxit, non tamen eam recipere auſus coniecturam. Perperam. In verbis πάντα ἐκεῖνα, ſi quid ſupplendum eſſe ſiatuas, χωρία intelligere velim. Hom. Od δ, 90.

Ἕως ἐγὼ περὶ κεῖνα πολὺν βίοτον συναγείρων ἠλώμην.

Ibidem 81. πόλλ᾽ ἐπαληθείς. *Omne tenet* Ovid. Heroid. XII, 28. —

Prometh. 917.

πιστὸς, τινάσσων τ᾽ ἐν χεροῖν πυρ-
πνȣ̃ν βέλος.

Et varietas lectionum multa et mos Aeschyli πυρπνόος non contrahendi Prom. 371. Sept. 478. 496. facit, vt versum nondum persanatum iudicem. Vide an ab Aeschyli manu venerit,

πιστὸς τινάσσων χερσὶ πυρπνόον βέλος

χερσὶ in Cod. Viteb. χερὶ Cod. Reg. A. πυρπνόον Ald. et Turneb. habent; nec copula opus est.

Prom. 974. ἦ κἀμὲ γάρ τι ξυμφορᾶς
ἐπαιτιᾷ

ξυμφορᾶς ex emendatione Valcken. ad Eurip. Phoeniss. 632. in minori editione pro ξυμφοραῖς edidit Schützius, nihil nec Abreschii p. 64. admonitionem, datiuum ξυμφοραῖς ab ἐπὶ pendere posse, nec Heathium, datiuum causae esse existimantem, curans. Equidem vulgatam ex Latini Sermonis vsu defendendam puto. Ii enim verbo *insimulare, arguere, accu-*

ſare cum genitiuo pariter atque ablatiuo iunxerunt. *Inſimulare* Cic. Verr. V, 41. Heroid. Ovid. VI, 21. *arguere.* Cic. Verr. V, 18. *accuſare* Corn. N. I, 8. Cum autem toties Graecorum conſtructiones expreſſerint Latini, huius etiam conſtructionis initia a Graecis repetere liceat.

Sept. 202. ἀλλ' ȣν θεȣς
τȣς τῆς ἁλȣσης πόλεος ἐκλείπειν
λόγος.

Schützium parum delectauit articulus τȣς ad ſequentis verſiculi initium reiectus. Itaque factum eſt, vt correctionem in Comment. p. 244. propoſitam αὐτȣς ἁλȣσης κ. τ. λ. in textum minoris editionis recipere non dubitaret, quamquam Hermannus Obſerv. Crit. p. 45. de mendo articuli τȣς neminem ambigere putans, αὐτȣς vim ſententiae infringere pronuntiauerat, ipſe ingenioſe admodum emendans

τὰ τῆς ἁλȣσης κ. τ. λ.

Sed quid eſt, quod tantopere in articulo τȣς diſpliceat, cuius vſum, ſi tanti facerem, ſexcentis locis Tragicorum, facile confirmare poſſem? Nonne

Prom. 404. ὑπερήφανον θεοῖσι
τοῖσι πάρος δείκνυσιν αἰχμάν.
Sept. 994. Εἰ μὴ θεῶν τις ἐμποδὼν
ἔστη δορὶ
τῷ τοῦδ'.
Prom. 651, σὺ δ', ὦ παῖ, μὴ 'πολακτί-
σῃς λέχος
τὸ Ζηνός
Agam. 523. βροτῶν
Τῶν νῦν.
Soph. Elect. 262. εἶτα δώμασιν
ἐν τοῖς ἐμαυτῆς.
Trachin. 175. 260. 331. et tot alia loca, Tragicos hoc verborum ordine delectatos esse, demonstrant? Nec articuli repetitio quemquam offendit in Sept. 994. vid. Matth. Gr. Gr. §. 277. nec θεοὶ πόλεος, θεοὶ οἱ τῆς πόλεος Graece esse dictum quisquam dubitare potest, nisi qui linguam Graecam ignorat. vid. eundem Matth. Gr. Gr. §. 276. Sed omnium, quae laudauimus, locorum apprime huc facit Agam. 337.

Εἰ δ' εὖ σεβοῦσι τοὺς πολισσούχους
θεοὺς
Τοὺς τῆς ἁλούσης γῆς, θεῶν θ' ἱδρύματα.

qui omnem hac de re ſcrupulum eximere viris doctis debet. Sed altera pars diſputationis ad verbum ἐκλείπειν pertinet, ad quod ſi quis πόλεος repetendum cenſeret, Hermannum haberet aduerſantem, qui de verbi ἐκλείπειν, quod accuſatiuum ſibi poſtularet, cum genitiuo conſtructione dubitabat. At cum alia verba accuſatiuum poſcentia, cum praepoſitione ἐκ compoſita, genitiuum adſciſcere obſeruaui, vt ἐκφεύγειν Xen. Anab. I, 3, 2. alia, tum ipſum ἐκλείπειν ita poſitum eſt Soph. Elect. 513.

οὔ τις πω
ἔλειπεν ἐκ τοῦδ' οἴκου
πολύπονος αἰκία.

adde canonem illum Abreſchii Huſchkio Anal. Crit. p. 30. probatum. Nec tamen h. l. ἐκλείπειν c. gen. conſtruendum putans, vſum loquendi afferam rariorem. ἐκλείπειν abſolute pro *excedere* dicitur. Perſ. 125.

Πᾶς γὰρ ἱππηλάτας
Καὶ πεδοστιβὴς λεὼς
Σμῆνος ὣς ἐκλέλοιπεν μελισσᾶν ξὺν ὀρχάμῳ στρατοῦ.

Hinc factum eſt, vt ἐκλείπειν pro *euaneſcere* poſitum ſit apud Soph. Electr 1149.

ν῀υν δ' ἐκλέλοιπε ταῦτ' ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ
θανόντα σὺν σοί.

Locum igitur Sept. ἀλλ - λόγος ita reddo: *Atqui vero deos vrbem captam incolentes excedere ferunt.* — Ita ſaepius coniecturas ingenioſiſſimas praeſtantiſſimorum virorum, ſi quis veterem Scripturam vſumque loquendi diligenter et cum fide excuſſerit, concidere videas. Nec equidem maiorem diligentiam atque curam in locis tentatis illuſtrandis tuendisque quam in mendis locorum inueſtigandis et corrigendis collocaſſe nego. Ita enim me neque facile temeritatis periculum aditurum eſſe intelligo, nec textum ſcriptoris correctionibus corrupturum, quas alius editor poſtmodo delendas eſſe doceat. Ita in Perſis 838.

ὑμεῖς δὲ, πρέσβεις, χαίρετ', ἐν κακοῖς ὅμως
ψυχῇ διδόντε ἡδονὴν καθ' ἡμέραν.
ὡς τοῖς θανοῦσι πλοῦτος οὐδὲν ὠφελεῖ.

haud necessario Pauwius correxit ψυχὴν διδόντες ἡδονῇ, eam tamen correctionem comprobatam Schützius in ed. min. cum editore Glasg. recepit. Nam Turnebus cum Victor. rel. et Brunckius e Codd. adsent. Scholiast. dederunt ψυχῇ διδόντες ἡδονὴν; Aldina vero, quam operarum vitiis foede inquinatam esse supra p. 10. iam monui, habet ψυχὴν διδόντες ἡδονὴν (etiam πρέσβυς pro πρέσβεις), quod Robort. propagauit. Vulgatam exquisitiorem tuetur. Theocrit. XVI, 24.

Ἀλλὰ τὸ μὲν (πλοῦτον) ψυχᾷ, τὸ δὲ καί
τινι δοῦναι ἀοιδῶν.

Praeterea Horatius etiam c. IV, 7, 19.

Cuncta manus auidas fugient haeredis,
amico Quae dederis animo.

scripturam vexati versus confirmat, vbi Mitscherlichius apte hunc locum comparauit. ἐν κακοῖς ὅμως. — Ad exemplum Graecorum et Latini *tamen in* posuerunt. Liv. XXI. c. 55. *Tamen in tot circumstantibus malis mansit aliquamdiu immota acies.* Versum ὡς-ὠφελεῖ pro vno eodemque habendum esse puto cum altero,

L 2

quem, Pauwio auctore, in fragmenta retulit Bothe n. 94. p. 607.

ὡς τοῖς θανοῦσι χρήματ' οὐδὲν ὠφελεῖ.

ex Schol. ad Eurip. Orest. 680. et Schol. min. ad Soph. Ant. 560. depromtum. Sed his Thom. Magister, sub v. ὠφελῶ poetis solis ὠφελῶ σοι frequentari, ostensurus, et hanc de verbo ὠφελῶ observationem et lectionem χρήματα praebuit, in hoc vocabulo memoria lapsus; quod idem et Eustathio, notante Br. ad Pers. 299. p. 321. et Schütz. ad Choeph. 9. p. 14., et compluribus aliis accidisse hodie satis constat. Vide etiam Oudendorpium ad Thom. Mag., qui mecum de versu Aeschyleo sentit. Aeschylo accedat locus Theocriti et propter viri, qui eum mutatum velit, claritatem, et quod hoc exemplo in paucis insigni, vulgatam non necessario saepe in suspicionem vocari, vel maxime probatur. Versus legitur Eidyll. I. 136.

Κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.

quem Hufchkius amiciffimus in Analect. Crit. p. 76. in eam partem inclinat, vt putet, Schneiderum recte ita correxiffe

Κὴξ ὀρέων διὰ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο

Verum enim vero verba certandi, et quibus ea notio ineft, cum datiuo vel c. particula πρὸς acc. regente iungi poffunt. ἐρίζειν Theoc. Eidyll. V, 136.

οὐ θεμιτὸν, Λάκων, ποτ' ἀηδόνα
κίσσας ἐρίσδεν,
οὐδ' ἔποπας κύκνοισι.

vtriusque conftructionis coniunctae exemplum praebet luculentum. ἐρίζειν πρὸς Eidyll. I, 24. VII, 41. Pind. Pyth. II, 161. ἐρίζεσθαι Pind. Ifth. IV, 49. ἐρίζειν ἀντία τινι. Pind. Pyth. IV, 507. add. Hom. Od. α, 78. παλαίειν τινι. Pind. Pyth. IX, 46. διαπαλαίειν πρὸς Apollod. II, 7. f. 5. πρὸς κέντρα λακτίζειν τινι Eurip. Bacch. 784.

Non igitur mutandus eft cum Valcken. Theocr. V, 23.

ὗς ποτ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισεν.

Ipfum verbum ἀείδειν τινι fignificat *cantu*

certare cum aliquo apud Theocritum Eidyll. VIII, 6.

Μυκητᾶν ἐπίυρε βοῶν Δάφνι, λῆς μοι ἀεῖσαι;

Adde διαείδομαι Eidyll. V, 22.

ἀλλά-γέ τοι διαείσομαι, ἔστέ κ' ἀπείπῃς.

Plane eandem ſtructuram habet δισκέω apud Hom. Od. Θ, 188.

ᾗ οἰῷ Φαίηκες ἐδίσκεον ἀλλήλοισιν.

δισκέω τινι *diſco certare cum aliquo.* Ergo γαρύειν τινι ſignificat *canendo certare cum aliquo.* Itaque Theocriti locum, quem alii alia ratione tentarunt, integrum eſſe apparet, nec opus eſſe coniectura διὰ pro τοὶ; quam praepoſitionem cum verbis coniunctam certandi ſignificationem iis tribuere, eſt quod dubitem. Nec me mouet Valckenarii auctoritas, qui praepoſitionis διὰ cum verbis compoſitae hanc certandi ſignificationem aſſignat ad Herod. lib. V. c. 18. p. 379. — Nam in διαπίνειν διὰ temporis ſignificationem habet, ita vt interdum per *continenter*, *multum temporis* reddi poſſit

aeque ac in lib. II, 121. διαλοιδορέεσθαι. Nec in caeteris quae laudauit verbis notio certandi a διά, fed a conftructione cum datiuo aut πρός τινα. repetenda effe videtur, vt in διατρέχειν πρὸς Ἀλέξανδρον. Certe Eidyll. V, 22. haec notio verbo ἀείδειν ineft, διά vero, vt in διαπαλαίειν, διαπυκτεύειν Xen. Cyr. VII, 5, 53. διαφυλάσσειν Herodot. lib. 2. 121. continenter fignificare vel appofita ἔστέ κ' ἀπείπῃς docent; nec Eidyll. VI, 15. διαθρύπτεσθαι quidquam probat, male intellectum. Galateam enim delicias faciendo contendentem equidem non video. Pindari etiam locus, quem Hufchkius attulit, Ol. II, 156.

μαθόντες δὲ, λάβροι
παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς,
ἄκραντα γαρύετον
Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.

meam de voce γαρύειν fententiam confirmat. Pindaro enim γαρύειν πρὸς ad analogiam verbi ἐρίζειν πρὸς cum dixerit, patet, et γαρύειν τινὶ eadem fignificatione ad analogiam verbi ἐρίζειν τινι dici

potuisse. — Eandem structuram substantiua habent, ἔρις Hom. Od. ϑ, 210. ὅστις ξεινοδόκῳ ἔριδα προφέρηται ἀέθλων vbi velim genitiuum rei, de qua contenditur, notes. Ita Eurip. Orest. 802. χρυσείας ἔρις ἀρνὸς. — Eadem structura notanda in Soph. Electr. 493. γάμων ἁμιλλήματα. ἕινεκα Hom. addit β. 377. T. 325. περὶ Xenoph. Anab. 1, 2, 8. Hom. ϑ, 225. δηρίομαι τινι περὶ τινι Pindarus Ol. XIII, 63, dixit. Constructionem c. Gen. imitati Latini Liv. XXI, 31. *certamen regni.* Cic. de off. 1, 25, *honorum contentio*, quod Erasmo ipsi noue dictum visum est. Sed Latini post verba certandi et datiuum more Graecorum posuerunt, *congredi* Virgil. Aen. 1, 475. et *contra* Cic. p. Ligar. 3. *contra ipsum Caesarem est congressus armatus.* Quae Matth. Gr. Gr. §. 399. de verbis certandi explanauit, ea partim falsa partim haud accurate sunt exposita. Sept. 535.

εἰ γὰρ τύχοιεν, ὧν φρονοῦσι, πρὸς θεῶν
αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοσίοις κομπάσμασιν,
ἦ γ' ἂν πανώλεις παγκακῶς τ' ὄλοίατο.

ἤ γ᾽ ἂν de ſua emendatione repoſuit Schützius, vt ſenſu poſtulante. Quid ille velit, nec intelligo nec moror, particula γε certe, quam intrudit, inepta eſt. ἦ τε apud Homerum centies in apodoſi poſitum, vt Il. ε, 350.

εἰ δὲ σύγ᾽ ἐς πόλεμον πωλήσεαι, ἦ τε σ᾽ ὀΐω ῥιγήσειν πόλεμον.

quam inanis ſit Sch. coniectura, oſtendit; ἂν vero ad ὀλοίατο pertinet. Atque Homerus ἦ τ᾽ ἂν in apodoſi loco ſimillimo poſuit Od. α, 287.

Εἰ μέν κεν πατρὸς βίοτον καὶ νόστον ἀκούσῃς,
ἦ τ᾽ ἄν, τρυχόμενός περ, ἔτι τλαίης ἐνιαυτόν.

et Il. ψ, 274. π, 687. τ, 205. Aeſchylum vero Homeri imitatorem loquendi etiam formas toties inde expreſſiſſe hodie notiſſimum eſt, ita vt inde illuſtrare ſuperſedere poſſim particulas δέ τε Prom. 395. et Choeph. 487. et ὅς τε Sept. 486. 738. et Perſ. 17. 295.

Τίς οὐ τέθνηκε, τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν
Τῶν ἀρχελείων, ὅς τ᾽ ἐπὶ σκηπτουχίᾳ
Ταχθεὶς ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών.

vbi, re parum perſpecta, ſenſum ineptum intulit Schützius, vtpote cui Aeſchylum ex Homero illuſtrare non veniebat in mentem. Caeterum ὅστε etiam Pindarus dixit. Ol. 14, 2.

Sept. 547.

θεῶν θελόντων δ᾽ ἂν ἀληθεύσαιμ᾽ ἐγώ.

Pro δ᾽ ἂν, quod metri lex reſpuit, in maiore editione Br. correctionem receperat Sch. δῆτ᾽ ἂν, anapaeſtum in quartam ſedem inferre haud dubitans, quem, eiiciendum non eſſe, vbi inueniatur, ad Prom. 213. ſtatuit. In minori corruptam δ᾽ ἂν reſtituit, lectore nihil admonito. Reponendum mihi olim viſum eſt

θεῶν θελόντων ταῦτ᾽ ἀληθεύσαιμ᾽ ἐγώ.

vel

θεῶν θελόντων τ᾽ ἂν ἀληθεύσαιμ᾽ ἐγώ

vt τ᾽ ἂν ex τοὶ ἂν contractum ſit. Nam in Cod. reg. B. τ᾽ ſuperſcriptum reperit Br. et τ᾽ ἂν pro τοι ἂν vocalem longam efficit. vid. Porſ. ad Med. 863. Neque tamen impedio, quo minus, ſi cui ita placuerit, praeferatur Pauwii coniectura δ᾽ ἆρ᾽ pro δ᾽ ἂν, dummodo

δ' tollatur consentiente Cod. Reg. A. et hoc sensu illa accipiatur: *vtinam dii dent, vt sane, quae dico, eueniant.* Particula enim ἂν, quam Schützius post Brunckium abesse non posse statuit, si vota simpliciter optatiuo exprimuntur *) necessario abest, vt Soph. Elect. 387. 403. Sept. Aesch. 403. 437. 470. 301. vbi Schützius quidem optatiuum ἄροιϑε, pro ἄροιϑ' ἂν accepta, non magis intellexit quam Agam. 347.

τοιαῦτά τοι γυναικὸς ἐξ ἐμῦ κλύοις.
τὸ δ' εὖ κρατοίη, μὴ διχοῤῥόπως ἰδεῖν.
πολλῶν γὰρ ἐσϑλῶν τὴν ὄνησιν ἑιλόμην.

*) At vbi praecedit particula aliqua, qualis est ἐι, ὡς, tunc videtur ἂν poni posse. Certe Hom. Od. ϑ, 239.

ὡς ἄν σὴν ἀρετὴν βροτὸς ὅτις ὄνοιτο,
ὅστις ἐπίσταιτο ᾗσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν

extat optatiuus cum particula ἂν. cf. Hermannum ad Hym. Hom. in Apoll. 51.

Δῆλ', εἰ γάρ κ' ἐϑέλοις ἕδος ἔμμεναι υἱος ἐμοῖς.

post εἰ in votis eam poni posse docentem. Haec loca mecum Dissenius meus communicauit.

In κλύοις, nam optandi notio aliena eſt, ἄν abeſſe nequit. Itaque vide an reponendum ſit

τοιαῦτα τ' ἂν γυναικὸς ἐξ ἐμοῦ κλύοις.

τ' ἂν pro τοι ἄν. — infinitiuum ἰδεῖν eſſe eodem modo explicandum atque in θαῦμα ἰδεῖν notes, nec Schützio fidem habeas, eum ad Clyt. referenti. Clyt. autem optat τὸ δ' εὖ κρατοίη, vt bona fortuna Graecorum maneat. (Perſ. 737. λόγος κρατεῖ σαφηνής) Nam Troia capta ſibi multorum bonorum fructum contigiſſe πολλῶν - εἰλόμην. Sch. vertit: *multorum enim bonorum fructum praetulerim.* At αἱρεῖσθαί τι ἀντί τινος eſt praeferre, non αἱρεῖσθαί τι, neque εἰλόμην ἄν, quam particulam ſuppreſſam ſtatuit Sch. in Comm. p. 193. ſignificaret *praetulerim*, ſed *praetuliſſem*, vid. Herrmann. ad Viger. p. 779., quod ſenſu prorſus careret. εἱλοίμην ἄν ſignificat *praetulerim.* Ab ἄν in εἰλόμην ne intelligi quidem poteſt, quamquam Herm. ad Ariſt. Nub. 1344. p. 230. in hoc ipſo verſu illam particulam ſuppreſſam eſſe

censuit, quoniam protasis cum εἰ neque praecedit neque suppleri potest. Tum autem in apodosi ἂν post praeterita indicatiui omitti interdum obseruaui. Praeiuerat Hom. Od. ε, 426.

ἔνθ' ἀπὸ ῥινός τε δρύφθη, σὺν τ' ὀστέ' ἀράχθη,
εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.

Locis ab Hermanno ad Hecub. p. 167. 68. allatis adde Soph. Elect. 1021.

εἴθ' ὤφελες τοιάδε τὴν γνώμην, πατρὸς θνήσκοντος εἶναι· πάντα γὰρ κατειργάσω.

Nam ex voto εἴθ' - εἶναι commode protasis *si tali animo fuisses*, elici potest. Br. tamen πᾶν γὰρ ἂν κατειργάσω e coniectura dedit. Graecorum more Latini indicatiuum pro coniunctiuo posuerunt Tacit. Hist. I, 15. *Si te privatus lege Curiata apud Pontifices, vt moris est, adoptarem, et mihi egregium* e r a t *et tibi insigne*: 1, 16. *Si immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore posset, dignus eram, a quo*

respublica inciperet. Particulam ἂν ea ratione, quam ostendi, omitti posse, egregie probat locus Aesch. Sept. 990.

οὕτω μὲν ἀμφὶ τοῦδ' ἐπέσταλται λέγειν·
τοῦτου δ' ἀδελφὸν τόνδε Πολυνείκους νεκρὸν
ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον, ἁρπαγὴν κυσίν,
ὡς ὄντ' ἀναστατῆρα Καδμείας χθονός,
εἰ μὴ θεῶν τις ἐμποδὼν ἔστη δορὶ
Τῷ τοῦδ'.

Quo loco ex quo fonte apud Romanos, serioris praesertim aetatis scriptores, *indicatiui vsus* ante *nisi* fluxerit, dilucide demonstrari potest. Liv. II, 50. *vincebatque auxilio loci paucitas, ni iugo circummissus Veiens in verticem collis euasisset.* Adde Liv. 2, 10. Tacit. Agr. c. 13. 37. Annal. I, 23. 35. 63. 65. II, 17. 22. 46. III, 14. IV, 30. Horat. II, 17. 27. Prorsus alia ratio est in Aeschyli Pers. 739. p. 333.

ἐγὼ δέ που
διὰ μακροῦ χρόνου τάδ' ηὔχουν ἐκτελευτῆσαι θεούς.

vbi Brunckius p. 333. ἂν suppressum in ἐκτελευτῆσαι esse statuit. Sed vir doctissimus, cui vnum eundemque sensum habere visum est ἐκτελευτῆσαι ἐκτελευτῆσαι ἂν, ἐκτελευτήσειν, vehementer fallitur. Nam si infinitiuis praesentis vel aoristi (etiam participiis) accedit particula ἂν, necesse est, vt protasis praecesserit, vel ex antecedentibus commode suppleri possit. Xenoph. Anab. III, 1, 18. Καὶ νῦν πρῶτον μὲν οἶμαι, ἂν ὑμᾶς μέγα ὀνῆσαι τὸ στράτευμα, εἰ ἐπιμεληθείητε, ὅπως — καταστάθῶσιν. Adde loca insignia III, 1, 39, V, 9, 18. — Ea vero protasis deest Anab. II, 1, 13. ἴσθι μέντοι ἀνόητος ὤν, εἰ οἴει ἂν, τὴν ὑμετέραν ἀρετὴν περιγενέσθαι τῆς βασιλέως δυνάμεως, vbi supplendum: *si arma regi intuleritis*, et perabsurdam interpunctionem post ἂν tollendam esse vel Xenoph. Cyrop. 1, 6, 39. editoribus ostendere poterat Anab. II, 3, 18. Οἶμαι γάρ, οὐκ ἂν ἀχαρίστως μοι ἔχειν, οὔτε πρὸς ὑμῶν οὔτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης. Supple: *si*

mihi contigisset vos sospites in patriam restituere. Οἶμαι, ὐκ ἀχαρίστως σέ μοι ἕξειν significat: *spero, te erga me non ingratum fore*, nulla conditione adiecta; at οἶμαι, ὐκ ἂν ἀχαρίστως σέ μοι ἔχειν postulat, vt conditio aliqua accedat, vt *si tibi hoc praestitero.* Vide igitur, quam bene egerint Zeunius, Schneiderus, qui particulam ἂν praesenti tum et aoristo vim futuri tribuere statuerunt post Dawesium Miscell. Crit. p. 32. 83. cuius auctoritas, et vsus Futuri Latinorum viros doctos facile in erroris societatem traxit. In hos etiam Brunckium retulerim, qui ad Persas l. c. ad Soph. Electr. 443. p. 448. et Eurip. Phoen. 899. p. 330. *aoristus saepe pro futuro ponitur, etiam sine particula ἂν, quae subintelligenda supprimitur*, notauit, Hemsterhusium Miscell. Observ. V. T. IV. p. 286 - 87. N. T. 3. p. 1 - 3. huius sententiae auctorem referens. Sed neque Hemsterhusius hoc dixit et Persarum locus alium, particula ἂν addita, sensum acciperet hunc: *ego sperabam deos haec perfecturos esse,*

si hoc vel illud accidisset, quam conditionem ibi addere perabsurdum foret. Sed hoc obseruandum est, *esse apud Graecos multa verba, post quae nullo discrimine infinitiui aoristorum et futuri, interdum etiam praesentis ponantur, verba nimirum putandi, opinandi, sperandi, iurandi, minandi, vaticinandi, contendendi, promittendi*, vt ὑποδέχομαι, αὐχῶ, φημὶ, ὑπισχνέομαι, ἀπειλῶ, ὄμνυμι, ἐλπίζω, νομίζω, δοκῶ, ἡγῦμαι, συντίθεμαι, οἴομαι κ. τ. λ. His enim verbis futuri significatio iam inest, vt praeteriti signif. verbo *memini*. — In Pindari loco, qui familiam ducit, aorisium et futurum coniungi vides Pyth. I, 82.

Ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον
αἰνῆσαι μενοινῶν, ἔλπομαι
μὴ χαλκοπάραον ἄκονθ' ὡσεὶ τ' ἀγῶ-
νος βαλεῖν ἔξω παλάμᾳ δονέων,
μακρὰ δὲ ῥίψαις ἀμεύσεσθ' ἀντίυς.

Accedat Pyth. IV, 432.

ἤλπετο δ' ὐκέτι οἱ
κεῖνόν γε πράξασθαι πόνον.

ὑπισχνέομαι c. aorist. παύσασθαι Xen. Anab. I, 2, 2. βυλεύσασθαι II, 3, 20. ἀυχεῖν c. futuro δώσειν Prom. 337. et μολεῖσθαι (cuius forma et Oed. Col. Soph. 1742. occurrit) Prom. 683. cum μεθέξειν Agam. 503. at c. aorist. Perf. 740. Hom. Od. α, 201. καὶ ὡς τελέεσθαι ὀΐω; conferatur cum Od. μ, 212. καί που τῶνδε μνήσεσθαι ὀΐω. Adde Long. Pastor. p. 65 lin. 9. ἡ δὲ ἐγέλα τὸν ἔρωτα αὐτῦ, ὐδὲ ἐραστὴν ἔφη δέξασθαι, μήτε τράγον, μήτε ἄνθρωπον ὁλόκληρον. vbi nollem Schaeferus p. 372. in eam partem inclinasset, vt δέξεσθαι reponendum censeret, immemor Herodoti sui I, 24. δείσας δὲ ὑπεδέκετο ἑωϋτὸν κατεργάσασθαι. Videetiam exempla collect. Hemsterh. Misc. Obs. V. T. IV. et Abresch. Misc. Obs. N. T. 3. p. 1-3. cuius admonitione, *vix vllum repereris verbum, cum futuro constructum, cui non item aoristi accedant*, caute vtendum esse moneo. Nec tamen, vt ad Aeschylum redeam, locum manifesto deprauatum Pauwii coniectura persanatum iudico. Nam ἀληθεύσαιμι ἂν

ingenio Eteoclis magis quam *ἀληθεύσαιμι* conuenit cf. 505. Itaque et hunc locum felicioribus ingeniis emendandum relinquo, et 1051.

Ἡμεῖς δ' ἅμα τῷδ', ὥσπέρ τε πόλις
καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ.

Nam *πόλις τε καὶ τ. δ.* Graecorum ratio loquendi postulat, modo metri ratio non obstaret. Perſ. 231.

Τῆλε πρὸς δυσμαῖς, ἄνακτος Ἡλίου
φθινάσμασιν.

Φθινάσμασιν coniectura, in quam cum Pauwio Sch. incidit, adeo ipsi viſa eſt certa, vt nouiſſime eam in textum receperit. Nam *δυσμαὶ φθινασμάτων* ab Aeſchyli manu veniſſe haud ſibi perſuadere poterat vir doctus Comment. p. 41. At *δυσμαὶ* abſolute poſitum reperiri, vt Latinorum *occaſus* Virgil. Aen. IX, 668. probare debebat, nec, quam inepta ſit eiusmodi appoſitio, multis demonſtrari, opus eſt. Mihi quidem *δυσμαὶ φθινασμάτων Ἡλίου*, poetice dictum pro *δυσμαὶ φθίνοντος Ἡλίου*, non magis durum viſum eſt, quam Prom. 6.

ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις
πέδαις.

Caeterum lectionem πρὸς δυσμὰς praetulerim *versus occidentem*. πρὸς c. acc. *versus* significat, siue de loco siue de tempore dicatur. Herod. I, 6. ὃς - ἐξίει πρὸς βοῤῥῆν ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. Pind. Pyth. IX, 44. πρὸς ἀῶ. Eurip. Oreſt. 1256. Add. Hermann. Adnot. ad Viger. p. 817. Πρὸς cum datiuo eandem significationem habere dubito. Brunckium πρὸς δυσμὰς, quod is primus recepit, *in plaga occidentali* interpretatum esse eius nota ad Prom. 348. p. 292. ostendit, quam quidem Sch. in Commentarium p. 79. transtulit, nihilo minus tamen in Perſ. 815. in edit. min. πρὸς γῇ Πλαταιῶν pro πρὸς γὴν e coniectura repoſuit. At omnium Codd. lectio cur mutaretur, nulla neceſſitas fuit. πρὸς vt κατὰ c. accuſatiuo coniunctum paſſim *in* ſignificat. Prom. 348. Soph. Philoct. 22.

εἴτ' ἔχει
χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε.

Electr. 931.

τὰ πολλὰ πατρὸς πρὸς τάφον κτερίσματα.

327 ἐχθροῖς παρασχὼν, ἐυκλεῶς ἀπώλετο. Guelf. habet ἀνηλεῶς. Si quis igitur vellet ſcribi νηλεῶς, quod ad miſericordiam mouendam aptius iudico, facile probarem.

Sept. 839.

Ἀλλὰ γόων, ὦ φίλαι, κατ' οὖρον
ἐρέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ πόμπιμον χεροῖν
πίτυλον, ὃς αἰὲν δι' Ἀχέροντ' ἀμείβεται
τὰν ἄστολον μελάγκροκον θεωρίδα
εἰς χέρσον. —

Nouam conſtructionem et ſignificationem verbi ἀμείβεσθαί τινα ἔς τι διά τι *deducere, ſequi aliquem aliquo per aliquid* qua analogia, qua auctoritate Sch. defendere poſſit, non ſatis aſſequor. ἀμείβειν θεωρίδα eſt *relinquere* ἀμείβεσθαι θ. *inire cymbam Charontis.* Eurip. Bacch. 64.

Ἀσίας ἀπὸ γᾶς ἱερὸν Τμῶλον ἀμείψασα, θοάζω.

Soph. Trachin. 658. νασιῶτιν ἑστίαν ἀμείψας cf. Philoct. 1262. Ita ἐξα-

μείβειν Perf. 129. Eurip. Phoen. 131. At ἀμείβεσθαι fignificat *inire*, *ingredi* Eurip Alceft. 752.

ἐισῆλθε κἀτόλμησ' ἀμείψασθαι πύλας.

Huius diuerfae fignificationis caufa repetenda a prima notione verborum ἀμείβειν et ἀλλάσσειν *mutare*, *taufchen*, *vertaufchen*, *eintaufchen*. Si locum, in quo verfamur, mutamus cum alio, illum relinquimus, vt in Horat. 1. Carm. 17, 1. *Velox amoenum faepe Lucretilem mutat Lycaeo Faunus;* fi locum aliquem cum eo, in quo verfamur, mutamus, in illum nos conferimus. Hinc *mutare* ἀλλάσσειν et ἀμείβειν accufatiuo iuncta modo *inire* modo *relinquere* fignificant: Horat. Car. Saec. 39.

Iuffa pars mutare Lares et vrbem.

mutare notat *relinquere*, at *adire* Carm. II, 16, 18.

Quid terras alio calentes
Sole mutamus? Patriae quis exful
fe quoque fugit?

quem locum ita confidenter corrupit Doeringius

Quid terras alio calentes
Sole mutamus patria? Quis etc.

vt fcilicet duplex infolentia tolleretur, *mutare terras* pro *adire terras* et *exful patriae*, Horatiique oratio ad vulgarem et tritam reuocaretur. Sed ab infolentiae crimine, quod locutioni *terras mutare* adfpergere voluit vir ille doctus, Graecorum exemplum poetam Venufinum fatis tuetur, et nouam iftam abundantiam, quam dicit effe in verbis: *patriae exful*, et etymologia vocabuli *exful* et conftructio fimilis vocis *extorris* Sall. Iug. c. X. *extorris patria*, oftendit effe nullam. Adde quod *folum patriae relinquere* latine dici poteft, et apud Graecos πάτρας φυγάς. Cum igitur ἀμείβεται Θεωρίδα fenfu careat, fufpicor Aefchylum fcripfiffe δι' Ἀχέροντα πέμπεται. πέμπεσθαι, pro μεταπέμπεσθαι in Oed. Col. Soph. 602 pofitum, h. l. pro προπέμπεσθαι (Perf. 137.) *profequi* accipiendum. προπέμπειν verbum folemne de iis, qui mortuos profequuntur. Sept. 1038. 1048. Ita γόος προπέμπει *lamentatio profequitur mortuos*

Sept. 898. occurrit. Sed omnium maxime huc facit Perſ. 1063.

πέμψω σε δυσθρόοις γόοις.

Vulgatam certe defendendi neminem facile viam inuenturum eſſe ſpondeo, quia linguae ratio non aliter eam intelligi patitur, quamquam Schützius ne hilum quidem de illa dubitauit, nec vllum exemplum pro hac, quam ſumit, ſignificatione attulit.

Nec mirum. Vir enim ille doctus in locorum difficultatibus animaduertendis et expediendis, in rarioribus verborum ſignificationibus eruendis et illuſtrandis, in conſtructionibus nouis vel minus vſitatis ad vſum loquendi exigendis non magnam quidem operam et diligentiam poſuit. Prom. 199.

ἐπεὶ τάχιστ' ἤρξαντο δαίμονες χόλȣ.
στάσις τ' ἐν ἀλλήλοισιν ὠροθύνετο.
οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρης Κρόνον,
ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι δῆθεν, οἱ δὲ τȣ̓́μπαλιν.

Schützius οἱ μὲν - οἱ δὲ nominatiuos conſequentiae eſſe vult. Anacoluthia erat notanda, Aeſchylum οἱ μὲν - οἱ δὲ poſuiſſe, quaſi verbum actiuum velut στάσιν - ἔθηκαν praeceſſiſſet. Tum quidem

οἱ μὲν - οἱ δὲ legitima structura. vid. Brunck. ad Soph. Antig. 21. Hom. Od. α, 109. Eiusdem plane Anacoluthiae exemplum extat in Soph. Antig. 259.

λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοὶ,
φύλαξ ἐλέγχων φύλακα.

Poterat item ἄλλος ἄλλον ἐλέγχων dici. Longe differunt, quae exempla ad Perf. 122. attulit Brunckius. — Sed ad Graeca prope accedit locus apud Tacitum, diligentissimum Graecorum imitatorem Histor. I, 29. *Ignarus interim Galba et sacris intentus fatigabat alieni iam imperii Deos, cum adfertur rumor, rapi in castra incertum quem Senatorem, mox Othonem esse, qui raperetur, simul ex tota vrbe, vt quisque obvius fuerat, alii formidinem augentes, quidam minora vero, ne tum quidem obliti adulationis.*

284. Ἥκω δολιχῆς τέρμα κελεύθου
διαμειψάμενος πρὸς σὲ, Προμηθεῦ,
τὸν πτερυγωκῆ τόνδ' οἰωνὸν
γνώμῃ, στομίων ἄτερ, εὐθύνων.

Schütz. vertit: *Venio ad te Prometheu, longae viae interuallum emensus et — gubernans.* τέρμα ex quo Graeci pro

πόρον, quod Sch. Comm. p. 73. haud cunctanter ponit, vſurparint, equidem ignoro. Sed τέρμα pendet ab ἥκω, quod pariter atque ἱκνεῖσθαι Prom. 723. Pindar. Ol. VI, 109, c. quarto caſu conſtruitur. Prom. 717. 735. vide etiam Huſchkium meum Anal. Crit. p. 78. Ad verbum διαμειψάμενος quartus caſus ex κελεύθȣ repeti debet, quod fieri poſſe ſup. p. 81 ſqq. docui, adde Soph. Trachin. 29. et Virgil. Aen. VI, 336. — quos *obruit Auſter aqua inuoluens nauemque viroſque.* Participium εὐθύνων male per *et* cum διαμειψάμενος iunctum. Sed haec et talia in verſione minus accurate expreſſa vt 293. 310. 373. 375. 747-50. 775. 877. 891. 910. non moror.

304. δέρκȣ θέαμα, τόνδε τὸν Διὸς φίλον,

τὸν ξυγκαταστήσαντα τὴν τυραννίδα.

In Comment. p. 75. verba τόνδε τὸν Διὸς φίλον per *Ioui inuiſum* explicantur, quoniam ſup. 120. τὸν Διὸς ἐχθρὸν ſe appellauerit Prometheus. Sed huius loci alia eſt ratio. De malorum ſuorum acerbitate querens, beneficiorum in Iouem collatorum apte meminit, quem ſenſum

verba τὸν - τυραννίδα postulant. Prometheum autem Iouis amicum fuisse, eumque in imperio constituendo et fundando adiuuisse, 216 — 221 ipsius verbis exponitur. —

309. γίγνωσκε σαυτὸν, καὶ μεθάρμοσαι τρόπυς

νέυς.

Schützius quae in Comm. p. 75. ponit, μεθαρμόζειν *alias corrigere, emendare, h. l. autem, quia νέυς additur, est aptare sibi, induere*, falsissima vid. Eur. Alc. 1160. Non meliora, quae de particula ὑπὸ 574 otiante, de pleonasmo verborum τῶν γάμων 739. τῶν σῶν γάμων μνηστῆρος, de admiratione, quae 570. ὅν ὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει expressa sit, tradidit. Adde quod πορπᾶσον Prom. 61. a πορπάζειν perite derivat, quod Κάνωβος Prom. 846. Suppl. 312. per *Canobus* (Latini *Canopum* dixerunt) reddit et Sept. 216. πειρᾶσθαι *incursionem tentare*, quod significat *inuadere* (τὴν πόλιν) coll. Sept. 484: πεῖρα *impetus*. Liuius 21, 25. *tentare castra* dixit, Sall. Cat. 2. *bello aliquem tentare* Adde Herodot. 1, 68; quodque μὴ et ὐ ad

Prom. 337. Comm. p. 78. commutauit. Sed diligentiam suam et Graecae linguae cognitionem maxime probauit Prom. 511. p. 10. quae tamen omnia excutere et refutare et taediosum et alienum est.

379. Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

In hoc lòco, qui e re medica colorem duxit, metaphoram quidem a tumoribus ad irae impetum translatam intellexit, sed male et verba ἰσχναίνῃ βίᾳ reddidit et ἰσχναίνειν verbo μαλθάσσειν respondere debere putauit. Nam ἰσχναίνειν significat *aliquid tenue reddere, extenuare*, verbum de tumoribus extenuandis frequens vid. Foes. egregiam explicationem vocis ἰσχνὸν in Oecon. Hippocr. Sed lenibus an asperis remediis id fiat, verbo hoc expressum non est. At verba ἰσχναίνειν βίᾳ θυμὸν σφριγῶντα significant *iram grauem vi comprimere* accurateque respondent verbis μαλθάσσειν κέαρ ἐν καίρῳ *tempestiue animum offensum lenire;* quod et Schneiderum sub v. ἰσχναίνειν non intellexisse miror. Male versatus est

Sch. etiam in vertendis verbis ἰσχναίνῃ βίᾳ *violenta et aſpera oratione irritet.* Vnde quaeſo, Oceanum aſpera oratione vſurum fuiſſe, Prometheus colligere poterat? Cum hac ſignificatione verbi ἰσχναίνειν noli commutare eam, quam ἰσχναίνειν Eumen. 258. et Prom. 269. κατισχναίνειν habet, *attenuare, macerare* oppoſitum verbo σφριγᾷν, quod de corpore robuſto et vegeto in aetatis flore conſtituto poſitum idem ille Foeſius in Oec. Hipp. docte illuſtrauit. Quae verbi σφριγᾷν ſignificatio clare demonſtrat, quo ſenſu *tumere* accipiendum ſit in Tibull. Eleg. VIII, 35.

At Venus inueniet puero ſuccumbere furtim
Dum tumet, et teneros conſerit vsque ſinus.

Ibi membra tumentia et vegeta Marathi, ad cuius amorem adhortatur Pholoen, oppoſita ſunt ſeni decrepito, viribus exhauſto v. 29 ſqq. — Adde *anni tumentes* apud Stat. Achill. 1, 292. Adde Eumen. 132.

Σὺ δ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπȣρίσασα τῷ,
ἄτμῷ κατισχναίνȣσα, νηδύος πυρί,
ἕπȣ, μάραινε.

vbi lectionem ἀτμῷ cur correctione ἀτμὸν Hermannus et Schützius expule-

rint, equidem non assequor, nec me verborum constructionem aut sensum intelligere fateor. ἀτμὸς Latinorum *vapor* Virg. Aen. V, 682. *lentusque carinas est vapor.*

384. Ἔα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν, ἐπεὶ κέρδιστον, εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν. vltima reddidit Sch. *sapientiam dissimulare.* Perperam. Non enim dissimulare eam cupiebat Oceanus, sed, dum Prometheo insipiens videretur, (μὴ δοκῶν φρονεῖν) huius liberationem a Ioue impetrare.

421. Ὑψίκρημνόν θ' οἳ πόλισμα
Καυκάσου πέλας νέμονται
Δάϊος στρατὸς, ὀξυπρώ-
ροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.

Verba πόλισμα ὑψίκρημνον de castello aliquo seu oppido montano accepit Sch. parum apte, praesertim cum in hac Chori terrarum enumeratione non vlla vrbs memoretur. Itaque ego *tractum omnem prope Caucasum montanum* (ὑψίκρημνον, h. e. ὑψηλὸν) intellexerim. Πόλισμα vt πόλις de terris, quatenus inhabitantur, vsurpatur. Pers. 488. Θεσσαλῶν πόλισμα de tota Thessalia. Hesiod. ἀσπ. 380. Μυρμιδόνων πόλις de

Phthia. Quem vſum loquendi bene illuſtrauit ibi Heinrichs. Adde Pind. Ol. 7, 64. – Hinc Archilochum πόλις pro *inſula* bene vſum eſſe patet, notante doctiſſ. Huſchk. de fabul. Archil. p. 24. Adde Eumen. 77.

ὑπέρ τε πόντον καὶ περιῤῥύτας πόλεις.

h. e. *inſulas circumfluas*. Sch. verſio *vrbesque mari adiacentes* falſiſſima eſt. Ex hac ſignificatione vocis πόλις illuſtrandum eſt etiam πολισσȣ̃χος, quod *de diis* etiam dicitur *qui terram incolunt* Agam. 337.

εἰ δ' εὖ σέβȣσι τȣ̀ς πολισσȣ́χȣς θεȣ̀ς
τȣ̀ς τῆς ἁλȣ́σης γῆς.

πολισσȣ́χȣς per ſequentia τȣ̀ς - γῆς explicatur. Male Sch. *deos vrbicos.* Sept. 256.

ἐγὼ δὲ χώρας πολισσȣ́χοις θεοῖς,
πεδιονόμοις τε κἀγορᾶς ἐπισκόποις κ.τ.λ.

verto: *Ego vero terrae huius diis, et paganis et vrbanis;* tria enim genera deorum cum Schützio ſtatui non poſſunt. Nam *dii vrbani* comprehendunt *forenſes*. Verba βρέμων ἐν αἰχμαῖς reddidit *lanceis horrens*. At neque βρέμειν ſed φρίσσειν ſignificat *horrere* neque ἐν abundat. ἐν αἰχμαῖς *in lanceis* h. e. *lanceis armati*; noto loquendi genere vel ex Virgilio Aen. V, 36.

Occurrit Acestes horridus, *in iaculis* et pelle Libystidis vrsae vbi vid. praest. Heyn. —

24. Νῦν δ' ὡς ὁ μάντις φησὶν, οἰωνῶν βοτὴρ,
ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσὶ, πυρὸς δίχα,
χρηστηρίους ὄρνιθας ἀψευδεῖ τέχνῃ

quod ex verbis οἰωνῶν βοτὴρ collegit Schützius, Tiresiam *gallos gallinas columbas*, vt ex iis obseruatis vaticinaretur, aluisse, vnde hauserit, me fugit, quamquam ex columbis et gallis vates futura praedixisse non nego, vid. Pott. Archaeol. T. 1. p. 716. – 18. At enim galli non inter οἰωνοὺς referuntur. Nec verba Aeschyli hunc sensum postulant. βόσκειν et ποιμαίνειν pro synonymis habenda. Ποιμαίνειν vero, vt νέμειν, significat *regere, imperare*, post Homericum ποιμὴν λαῶν, apud Eurip. Temen. Fr. X, 2. p. 477. ποιμαίνειν στρατὸν, Anacr. νη. ποιμαίνειν πολιήτας, Aesch. Eumen 91. Hinc in Pers. 75. loco male intellecto, ποιμανόριον pro στρατὸς positum, cui accommodatum ἐλαύνειν, et 240.

τίς δὲ ποιμάνωρ ἔπεστι, κἀπιδεσπόζει στρατοῦ;

ποιμάνωρ pro ἄρχων. Ποιμὴν *dominus bo-*

norum apud Pind. Ol. X, 107. pro δεσπότης. οἰωνῶν βοτὴρ igitur eſt δεσπότης οἰωνῶν, *dominusque auium*, quatenus ex iis vaticinandi ei tributa erat facultas, aeque dici poteſt, ac Artemis Anacr. νη. ἀγρίων δέσποινα θηρῶν, vt *venatrix*. Si quis augures aves conuocare potuiſſe cum Pottero Arch. T. 1. p. 708. ſtatuat, inde ſignificationem verborum οἰωνῶν βοτὴρ illuſtrare tentans, videat, quam bene hoc cum viro illo docto ex Schol. ad Antig. Soph. 1000. colligat. Nec meliora, quae Sch. de verbis πυρὸς δίχα tradidit: *Tireſias, quia caecus erat, ignem obſervare atque ex eo vaticinari non poterat*, vertens: *qui non ignem (ſacriſiciorum) ſed aves fatidicas auribus et mente obſeruat*. Primum πυρὸς δίχα pro verbis: ȣ πῦρ quis vmquam poſuit? Quid? Regem, rebus gerendis intentiſſimum, in antitheſibus luſiſſe putes, praeſertim cum Tireſias caecus ignem obſeruare non potuerit, quod Sch. ſumſit? δίχα ſignificat *ſeorſum*, *ſa*, vt ἄτερ, aeque male acceptum in Sept. 541.

ὃς ȣκ ἐάσει γλῶσσαν, ἐργμάτων ἄτερ,
ἔσω πυλῶν ῥέȣσαν ἀλδαίνειν κακά.

γλῶσσα ἐργμάτων ἄτερ, *lingua ſine operibus.* ἔργμα non commutandum cum ἔργμα — Itaque νωμῶν ὄρνιθας πυρὸς δίχα ſignificat Tireſiam tum aves non ſimul cum igne obſeruaſſe. Hic enim vates, auſpicio capto, praeterea ex igni vaticinari ſolitus erat, quod teſtatur Sopho. Antig. 999 - 1011. In igniſpicio autem praeſto erat puer Antig. 1012 - 14. vel Manto filia Senec. Oed. 309, quae σήματα πυρὸς obſeruata indicaret.

Perſ. 261. Ἦ μακρόβιοτος ὅδε
γέ τις αἰὼν ἐφάνθη
γεραιοῖς, ἀκούειν
τόδε πῆμ' ἄελπτον.

Schützius ſtatuit, πρὸς τὸ vel διὰ τὸ ante ἀκούειν omiſſum eſſe; ſed vehementer de eiusmodi ellipſi dubito. Ac ne graecum quidem eſt πρὸς τὸ ἀκούειν vel διὰ τὸ ἀκούειν in hac verborum ſtructura. ἐφάνθη vertit *videtur!* Nec anxie quaerendum puto, quibus adminiculis Graecorum infinitiui, ita abſolute poſiti, ad Latinorum vel noſtram loquendi rationem reuocentur. Nempe infinitiuus ſimpliciter hic poſitus eſt, vt alias ὥστε praemittitur. Thucyd. 2, 64. πάντα πέφυκε

καὶ ἐλασσοῦσθαι. In Soph. Antig. 637.

ἐμοὶ γὰρ ὐδεὶς ἀξίως ἔσται γάμος
μείζων φέρεσθαι, σῦ καλῶς ἡγυμένυ.

Non enim decet, vllas nuptias, quas consequi possim (φέρεσθαι), tanti mihi esse, vt eas iustis tuis imperiis praeferam. Constr. οὐδεὶς γάμος ἀξίως μείζων μοι ἔσται σοῦ καλ. ἡγουμ. cum autem de optione agatur, vocabulo μείζων insuper additur φέρεσθαι. Nollem Erfurdt μεῖζον rescripsisset, ἀξίως ἔσται pro ἄξιος ἔσται accipiens, quod fieri posse numquam mihi persuadebit. Exempla certe, quae attulit sententiam suam probaturus, nihil probant. Eadem infinitiui ratio Electr. 1015.

προνοίας ὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ
κέρδος λαβεῖν ἄμεινον, ὐδὲ νῦ σοφῦ.

Itaque haud intelligo, cur Schneiderus Xenoph. Anab. II, 1, 6. πολλαὶ δὲ καὶ πέλται καὶ ἅμαξαι ἦσαν φέρεσθαι ἔρημοι. verbum φέρεσθαι, quod recte Weiske explicuit, post Muretum delendum censuerit. — In Perf. 788.

ἐι μὴ στρατεύοιθ᾽ ἐς τὸν Ἑλλήνων τόπον,
μηδ᾽ ἐι στράτευμα πλεῖον ἦ τὸ Μηδικόν.

ἐι pro ἐὰν positum esse non vidit, itaque Brunckii correctionem ἦν, qui ἐι cum

coniunctiuo conſirui non poſſe contendit, Daweſio ſuo obſecutus Miſcell. Crit. p. 326. qui hoc loco μηδ' ἐι - εἴη pro ἢ τὸ reſcribendum eſſe cenſet, in maiori editione iam receperat. Nec iis, quae Hermannus in Obſeruatt. Crit. p. 77. de hac re diſputauerat et collegerat, permotus, eandem correctionem conſtanter in minori ed. retinuit, quaſi auguraretur, eundum virum doctum in Adnot. ad Viger. p. 791. ſententiam retractaturum, Atticisque hoc vſu loquendi interdicturum eſſe. Quod tamen quo iure poetis quidem ſiat, non aſſequor. In Soph. Oed. C. 1442. legitur

δυστάλαινά τ' ἆρ' ἐγὼ,
εἴ σȣ στερηθῶ

quamquam Br. ἦν legendum cenſet. Apud Latinos quidem *ſi* aeque ac Graecorum ἐι vſurpatum ſententiae meae fauere videtur. Virgil. Aen. V, 64.

Praeterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem,
Prima citae Teucris ponam certamina claſſis.

Addenda et corrigenda.

pag. 10. lin. vlt. ſcribe *aut*
— 11. l. 14. ſcrib. *eſſet*
— — l. 22. — *repugnant*
— — l. 23. — *πέπλων*
— 12. l. 2. — *μάκαιρ'*
— 14. l. 8. — *trochaici*
— — l. 14. — *docuerat*
— 15. l. 10. — *πῶς γὰρ ἄν τις*
— 16. l. 7. — *ἐπίςτασθαι*
— 22. l. 12 Adde Sept. 611. *δικαίας λιτὰς*
— 24. l. 16. *ὧδ' πολύς.* Nec obſtat ordo verborum *πολὺς ὧδε.* Similiter in Prom. 240. *ἀνηλεῶς ὧδε* aduerbium *ὧδε* poſtpoſitum iudicauerim. Certe in Soph. Trach. 1262.

ἀνάπαυε βοὴν· ὡς ἐπίχαρτον
τελέως ἀεκούσιον ἔργον.

τελέως ἐπίχαρτον iungendum h. ſenſu *facinus, ad quod me accingo inuitus, mihi ſummopere iucundum eſt;* quem locum mutando ita corrupit Erfurdt: *ὡς τελεοῖς* *vt perficias. ἀνάπαυε, ὡς τελεοῖς* ſoloece! Billerbeckii vero coniectura *τελέσσ'* propter particulam *ὡς* ſenſu caret.
— 25. l. 8. ſcrib. *αὐτοδαΐκτως*
— 26. l. 16. leg. Sept. 427.
— 29. l. 12. ſcrib. 205.
— 39. l. 6. Recte commate poſt *Μοῖραι* diſtinxi; nam *Διόθεν Ioue annuente* ad *τελευτᾶν* pertinet. Vt *Διόθεν* ad *Μοῖραι* trahi poſſet, ſcribendum eſſet

ἀλλ' ὦ μεγάλαι Διόθεν Μοῖραι.

vid. exempl. p. 148.
— 45. l. 2. leg. *ad*
— — l. 3. ſcrib. *Perſ.*
— — l. 16. — *χώπῃ*

pag. 48. l. 10. ſcrib. δὲ
— l. 23. — *addat - tribuat*
— 50. l. 4. Verba εὖ τελεῖν σοι verte: *felicem exitum daturum eſſe.* cf. Sept. 35. εὖ τελεῖ θεὸς, quem locum p. 44. admotum nollem.
— — l. 21. ſcrib. ἐκρίνατε.
— 51. Voculae μέντοι et μέντοί γε nullibi temere poſitae h. l. nihil probant. In Hom. Od. α, 222. Τοὶ eſt *tibi.* — Caeterum Turnebo de ἄυτ' in Perſ. edendo adſentior.
— 60. l. 19. *mala - cognoſcant* leg. *vt mala patientes h. e. mala patiendo ſortem futuram cognoſcant.*
— 61. Aeſchyli locum tractauit etiam Matthiae Miſcell. Philol. T. 2. p. 1. qui mecum de verbo πάσχειν ſentit, caeterum hunc verborum ordinem fecit Δίκα ἐπιρρέπει (κατὰ) τὸ μέλλον τοῖς παθοῦσι (ὥστε) μαθεῖν *Iuſtitia ingruit* in homines, ita vt *futuro tempore, damnum* ex iniuſte factis *nacti, cognoſcant*, mala facinora non impunita manere. Vt nihil de praepoſitione κατὰ dicam, nec ellipſis verbi ἀνθρώποις eſt ferenda, nec articulus τοῖς habet, quo referatur. Itaque vix quidquam in hac explicatione eſt, quod lectori arridere poſſit.
— 63. l. 18. ſcrib σημεῖα
— 72. ἄλλοτε ſuppreſſum Elect. Soph. 752. apud Virgil. Aen. V, 831. *nunc*
— 74. l. 13. ſcrib. ὑπεργεγὼς
— 75. l. 1. leg. χρήμασίν γ' ὑπεργεγώς.
— — l. 18. ſcrib. Ἕλλησιν
— — l. 19. — ἀπὸ
— — l. 20. — τὸ
— — l. 21. — Ἑλλάδι et p. 77. l. 16.
— 77. l. 11. — τινὶ
— — l. 13. — τινός τινι

pag. 77. l. 16. ἅπασι. Ita πολλοῖς *multis rebus* ap. Xenoph. Anab. I, 9, 6. καὶ τὸν πρῶτον μέντοι βοηθήσαντα πολλοῖς μακαριστότατον ἐποίησεν.

— 80. l. 6. ſcrib. ὁρώμενα

— 85. l. 20. — ἰδίοις

— 91. l. 23. — θέμιν

— 95 l. 10. Commata poſt δὴ et κέλευθον delenda. Nam iungendum φανεὶς τὴν κέλευθον, vt Elect. 1275.

ἰὼ χρόνῳ μακρῷ φιλτάταν ὁδὸν
ἐπαξιώσας ὧδ' ἐμοὶ φανῆναι.

— 97. l. 4. Conſtrue δηλοῖ τὸ γέννημα τῆς παιδὸς ὠμὸν ὂν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς *ingenium puellae prodit ferociam ſe ſuam habere ex patre feroce.*

— — l. 23. ſcrib. ἀποβησόμενον et τί

— 99. l. 8. — εἰμὶ

— — l. 21. — κἂχ et p. 100. l. 16.

— 101. l. 21. — ἐστὶν et p. 102. l. 10.

— 103. l. 19. — ταυτά ἐστι

— 104. l. 1. *an perceperit* ſcrib. *ſibi hoc cognitum eſſe.*

— 108. l. 18. ſcrib. καταβασμῷ

— 112. l. 11. — *firmiter*

— — l. 16. — τῆςδε

— 113. l. 22. — τίς

— 114. l. 9. — αἰθὴρ

— — l. 17. — ἁμαρτοῦσαν

— 115. l. 21. — ταῖς

— 116. *quod ſi quis etc.* Idem indicaſſe laetor Hermann. ad Hecub. p. LVIII, et de emend. rat. G. G. p. 313.

— 121. l. 15. μάχας ἄτρεστοι h. e. *quae pugnam ingredi non timent*, mihi praeterea aptius et fortius videtur, quam alterum μάχαις ἄτρεστοι h. e. *quae in proelio fortiter pugnant.*

pag. 121. l. 20. ſcrib. εἰ δέ τις πορεύεται.

— 123. l. 9. — *conſtructio*

— 126. Hinc in Perſ. 282.

αἶ, αἶ, στρατοῦ φθαρέντος

verba στρ. φθ. male ab Sch. pro genitivis abſolutis habentur.

— 127. l. 4. Nec tamen hunc vſum vnice verum habendum eſſe oſtendit Aeſch. Prom. 564.

σήμηνον ὅπῃ
γᾶς ἡ μογερὰ πεπλάνημαι.

adde 573. et Soph. Phil. 486.

— 129 l. 13. ſcrib. ἐπιστευάζετε.

— 130. Verba iraſcendi datiuum regunt; vnde explicandum ἐπίφθονος in Agam. 134.

οἴκτῳ γὰρ ἐπί-
φθονος Ἄρτεμις ἁγνὰ
πτανοῖσιν κυσὶ πατρός.

quem locum haud bene ibi et ad Prom. 982. p. 161. explicuit Schützius.

— 131. l. 9. *aptiſſimum* leg. *conſentaneum.*

— 132. l. 6. ſcrib. πάρεργον

— — l. 12. *hom. cur. hab.* h. e. *quae animum ad homines aduertunt, vt malos puniant, et iniurias aliis illatas vlciſcantur.* Ita Agam. 458.

Τῶν πολυκτόνων γὰρ οὐκ
ἄσκοποι θεοί.

ἄσκοπος explicandum, et eodem ſenſu ac σκοπεῖν accipiendum verbum μέλειν Agam. 369.

οὐκ ἔφα τις θεοὺς βροτῶν
ἀξιοῦσθαι μέλειν,
ὅσοις ἀθίκτων χάρις
πατοῖτο.

vid. etiam Matth. Miſc. Philol. T. 2. p. 1. p. 9.

— 134. l. 1. leg. *datiuum ſolum*

— — l. 13. ſcrib. οὔτε

pag. 137. *vtpote cogitatum p. opt.* Ita optatiuum *φέροιμεν* sanum iudicauerim Elect. 57. pendentem a verbis *ὅ - κεκρυμμένον*. Brunckius tamen e coniectura *φέρωμεν* reposuit, ad *ἥξομεν* scilicet eum referens.

— 139. Ita *καὶ* post *οἱ δὲ* positum. Eurip. Med. 86.
οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ καὶ κέρδους χάριν.
add. Xenoph. I, 3, 13.

— 141. l. 1. scrib. *εὐθὺς*

— 144. *Τί* similiter iteratum in Agam. 83.

Σὺ δὲ, Τυνδάρεω
θύγατερ, βασίλεια Κλυταιμνήστρα
Τί χρέος, τί νέον, τί δ' ἐπαισθομένη,
τίνος ἀγγελίας
πειθοῖ περίπεμπτα θυοσκινεῖς;

Male constructionem et signis interrogandi post *χρέος* et *νέον* et explicatione sua turbauit.

— 146. l. vlt. scrib. *με*

— 147. l. 8. 11. 22. scrib. *τοὶ*

— — l. 23. *submittat* Adde: *considerans Alcmenae filium fortiter perferentem etc.* Ita *τοὶ* positum Soph. Philoct. 475. 480. 81.

— 148. l. 11. scrib. *ἀπεστέρησεν.*

— — l. 17. — *χειρὶ*

— 152. *τλῆμι* Graecismum retulit Horat. Epist. I, 1, 82.

Iidem eadem possunt horam durare probantes?

— 154. l. 18. scrib. *μηδὲ*

— — l. 23. — *διαῤῥαισθέντας*

— 156. l. 1. — *ἀμφὶ*

— — l. 4. — *χερὶ*

— — l. 21. — *ὑπ'*

— 157. l. 7. *non licet* leg. *ferre videtur.*

— — l. 17. *πάντ' ἐκεῖνα.* Ita simplex *ἐκεῖνα* Soph. Electr. 2 *omnia* Virg. Aen. 565.

— 160. l. 22. scrib. *σέβουσι*

pag. 161. ἐκλείπειν. *excedere.* Hinc factum esse opinamur, vt ἐκλείπειν cum praep. ἐς construeretur Xenop. Anab. I. 2, 24. ταύτην τὴν πόλιν ἐξέλιπον οἱ ἐνοικοῦντες μετὰ Συεννέσιος εἰς χωρίον ὀχυρὸν ἐπὶ τὰ ὄρη. vbi Schneiderus male ἐλθόντες suppleuit; adde Eurip. Phoeniss. 87.

— 162. l. 22. scrib. διδόντες

— 166 l. 9. — διασκέω

— 167. l. 22. — *Pindarus*

— 168. l. 10. — δηριομαί τινι περί τινι.

— 169. l. 4. — γε

— 170. l. 18. et 20. et p. 172. l. 5. scrib. τοί

— 171. l. 22. scrib. ἐμοῖο

— — l. 17. — ἦσι

— 172 l. 14. Schützii explicatio friget vel maxime: *bona multa praefero malis!* Quod de verbo αἱρεῖσθαι dixi, non confutatur Schneideri auctoritate, qui in Indice Xenoph. Anab. Zeuniano αἱρεῖσθαι τινὰ *praeferre* reddidit. Sed loca I, 3, 5. V, 6, 3. id non flagitant.

— — l. 22. scrib. *At* ἄν

— 173. l. 12. — εἶθ'

— 174. l. 1. — ἂν

— 178 l. 18. Abreschium auctorem esse huius animaduersionis; de eius veritate pariter dubitans Locella ad Xenoph. Ephes. p. 213. me docuit.

— 179. l. 17. δυσμαί absolute posuit Herod. Ἐυτερ c. 33. πρὸς δυσμέων

— 182. l. 2. scrib. ἀμείβεσθαι

— 189. l. 15. — Eleg. I. 8, 35.

— 192. l. 4. — Sept. 24.